

Universitätsbibliothek Wuppertal

Davidis Ruhnkenii Opuscula Varii Argumenti, Oratoria, Historica, Critica

Ruhnken, David

Lugduni Batavorum, 1823

Historia critica oratorum Graecorum

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1660](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1660)

HISTORIA

C R I T I C A

ORATORUM GRAECORUM (*).

EX EDITIONE

RUTILII LUPULI.

Saepe et ipse miratus sum, et alios arbitror miraturos, quid sit, quare Gorgias, cujus librum e Graeco vertit Rutilius, in summa exemplorum, quae decem Oratores Attici suppeditabant, copia, tamen permulta sumserit a Pythea, Demochare, Hegesia, aliis, quos ceteri Rhetores vel negligebant, vel imitandos esse negabant. Cujus instituti causas cum diligentius quaererem, digna mihi res visa est, quae paullo altius repeteretur. Atque ita nata est Oratorum Graecorum historia: in qua conscribenda hanc mi-

[(*) Operae pretium duximus permulta supplere ex egregiis illis Ruhnkenii annotationibus ad Rutilium Lupum, iis quidem locis ubi ipse Lectores ad eas remittere solebat; idque fecimus, cum propter argumenti similitudinem, tum in eorum gratiam, quibus ad manus non sit illa Rutilii Lupi editio, a qua nunc sejuncta prodit haec Historia Critica Oratorum. Ceterum exemplari suo paucula adscripserat Cl. Roupus, commemorata Editori Anglo Praef. p. xxxv. Placuit, potiora ex iis suo loco referre.]

mihî legem dixi, ut, quorum memoriam Meursius, Fabricius et Taylorus satis illustrassent, eos verbo tantum, propter historiae seriem, attingerem, quorum historia parum explicata videretur, in iis ornandis diligentius versarer. Nemo tamen putet, hic omnes Graeciae Oratores recenseri. Nam ex mille, quos ante se fuisse dicit Demosthenes de Coron. p. 555. aliisque Demosthenem consecutis, tanquam florem, delibavimus eos, quos, satis constat, aliquid literis mandasse, et apud posteros Oratorum laudem tenuisse. Haec autem historia multo et uberior et accuratior futura esset, si Theopompi excursus, quem, teste Athenaeo IV. p. 166. D. in decimo historiae Philippicae *περὶ τῶν Ἀθηναίων δῆμαγωγῶν* fecerat, ad nos pervenisset. Nunc, quod ille unus copiose tradiderat, per scriptores multos tenuibus vestigiis quaerendum fuit. In variis autem Oratorum aetatibus constituendis ducem secuti sumus Ciceronem in Bruto 7. seqq. et de Orat. II. 22. 23. audemusque hanc historiam Ciceronis studiosis, tanquam justum in illa loca commentarium, commendare.

Vera eloquentia ita propria est Athenarum, ut nullam Graeciae civitatem in illius gloriae societatem admittant. Cicero Brut. 13. *Hoc autem studium non erat commune Graeciae, sed proprium Athenarum. Quis enim aut Argivum oratorem, aut Corinthium, aut Thebanum scit fuisse temporibus illis? — Lacedaemonium vero usque ad hoc tempus audivi fuisse neminem.* Quem locum ob oculos habuit Vellejus Patere. I. 18. *Una urbs Attica pluribus annis eloquentiae, quam universa Graecia, operibusque floruit, adeo*

ut corpora gentis illius separata sint in alias civitates, ingenia vero solis Atheniensium muris clausa existimes. Neque ego hoc magis miratus sum, quam neminem Argivum, Thebanum, Lacedaemonium oratorem, aut dum vixit auctoritate, aut post mortem memoria dignum existimatum. Sic habet unicum illud exemplar Murbacense, e quo prolatus Vellejus est. Sed ejus editores, etiam Burmannus, non pro reliqua sua religione, Lipsii conjecturam in textum invexerunt: *Una urbs Attica pluribus annis eloquentia, quam universa Graecia, uberiusque floruit.* Noli dubitare, quin Vellejus scripserit: *Una urbs Attica pluribus sanae eloquentiae, quam universa Graecia, operibus effloruit (*).* Sanam eloquentiam opponit corruptae Asiaticorum, ut Cicero 1. c. *ita peregrinata tota Asia est, ut se externis oblineret moribus, omnemque illam Atticae dictionis quasi sanitatem perderet.* ubi Lambinus MSti auctoritate bene expungit glossam *salubritatem*, quicquid dicat membranarum suarum mancipium, Gruterus. Mox Cicero: *Rhodiarii saniores et Atticorum similiiores.* Idem de opt. gen. dic. 3. *imitemur illos potius, qui incorrupta sanitate sunt, quod est proprium Atticorum, quam eos, quorum vitiosa abundantia est, quales Asia multos tulit.* Auctor Dialog. de Orator. 25. *omnes tamen eandem sanitatem eloquentiae ferunt.* Vid. Interpret. ad Petron. 2. Viguit Athenis eloquentia
cir-

[(*) Emendationem suam postea probavit Ruhnkenius in editione Velleji Patereuli. Quid de ea ipse fateretur, operae pretium est legere in ipsius Vita a Cl. Wytttenbachio conscripta p. 221.]

circiter centum et quinquaginta annos, et, fracta populi libertate, ipsa quoque concidit, libertatis socia et alumna. Ex eo tempore ejus studium invasit populos per Asiam, Rhodios item, et aliarum insularum cives: unde extitit discrimen Oratorum Asianorum, Rhodiorum et Atticorum, de quo vide Ciceronem Brut. l. c. et Quintilian. XII. 10. p. 623.

Prima eloquentiae aetas fuit sub THEMISTOCLE, CIMONE, PERICLE, ALCIBIADE, THUCYDIDE. Cicero Brut. 7. de Orat. II. 23. Quam aetatem, fuerunt, qui non ordine tantum, sed etiam excellentia primam existimarent. Plutarchus Demosthenem ait in ejus Vita p. 852. B. dignum esse, qui reponatur οὐκ ἐν τῷ κατὰ Μοιρουκλέα καὶ Πολύεουκτου καὶ Ἱππερίδου ἀριθμῷ τῶν ῥητόρων, ἀλλ' ἄνω μετὰ Κίμωνος καὶ Θουκυδίδου καὶ Περικλέους. Themistoclem et Cimonem nihil literarum monumentis mandasse, satis constat. Pericles et Alcibiades num quid scriptum reliquerint, dubitatur. Cicero altero loco dicit, *utriusque scripta constare*, altero, *Periclis quaedam scripta ferri*. At Plutarchus in Pericle p. 156. C. et Pseudo-Plutarchus de Vit. X. Orat. p. 832. D. quicquam a Pericle scriptum esse negant. Equidem accesserim Quintiliano, quicquid sub Periclis nomine venditatum est, commentitium judicanti, III. 1. p. 118. De Alcibiade vero, Pseudo-Plutarchus l. c. cum Cicerone sentit, eique scriptas orationes tribuit. Sed de his quoque idem, quod de Pericleis, dicendum. Nec aliter judicarunt veteres dicendi magistri, tanquam Sopater Prolegomenis in Aristidem: Τρεῖς Φοραὶ ῥητόρων γενόμεσι. ὧν ἡ μὲν πρώτη ἀγράφως ἔληγεν,

ἢς ἐστὶ Θεμιστοκλῆς, καὶ Περικλῆς, καὶ οἱ κατ' ἐκείνου
 ῥήτορες. Alcibiadi multi scriptores eloquentiae lau-
 dem tribuunt, ipse etiam oratorum princeps, De-
 mosthenes adv. Mid. p. 139. καὶ λέγειν ἔδοκει πάντων,
 ὡς Φασιν, εἶναι δεινότατος. ubi simul observa illud ὡς
 Φασιν, quod additurus, non fuisset, si de ejus in-
 dicendo facultate e scriptis orationibus existimare po-
 tuisset. Theophrastus apud Plutarch. Polit. praec.
 p. 804. A. narrat, Alcibiadem, dum in orando verba
 et structuras elegantiores quaerebat, aliquando haec-
 sitasse. Nec tamen versus Eupolidis, relatus a Plu-
 tarcho in Alcibiad. p. 196. E. et Gellio I. 15. Λα-
 λεῖν ἄριστος, ἀδυνατώτατος λέγειν, de Alcibiade acci-
 piendus erat ab H. Stephano Thes. L. Gr. v. Λα-
 λέω, et P. Wesselingio ad Diodor. Sic. T. I. p.
 595. sed de Phaeace, oratore, ut Plutarchi contex-
 tus facile docet. Thucydidem Cicero inter oratores
 refert propter orationes historiae intextas. Male
 Simsonus Chron. ad a. 3534. et Fabricius Bibl. Gr.
 Vol. I. p. 834. intelligunt Thucydidem, Melesiae
 F. Periclis in republica gerenda adversarium: quem
 quis unquam retulit in numerum Oratorum? Thucy-
 didi, Pericli et Alcibiadi suppar aetate est Nicias,
 quem Oratorum catalogo inseruit Fabricius Bibl. Gr.
 Vol. IV. p. 485. laudans Clementem Alexandr. Stromf.
 VI. p. 748. Νίκιας ἐν τῷ πρὸς Λυσίαν ὑπὲρ παρακατα-
 θήκης. Τὴν μὲν παρασκευὴν καὶ τὴν προθυμίαν τῶν ἀντι-
 δίκων ὁρᾶτε, ὃ ἄνδρες διασσαι. Enimvero, Niciam
 non eloquentia, sed opibus et fortunis sibi viam ad
 honores munivisse, docet Plutarchus in ejus vita p.
 524. D. Itaque ille ex Oratorum catalogo expungen-
 dus,

das, et in Clemente nomina sic transponenda: *Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Νικίαν ὑπὲρ παρακαταθήκης*. Quae ex hac oratione citantur, etiam occurrunt in Lysiae Or. de Aristophan. bonis p. 331. Vide Taylorum ad Aeschin. adv. Ctesiphont. init.

Hos Oratores, ut Cicero ait, *consecuti sunt Critias, Theramenes, Lysias*. CRITIAE, unius ex XXXI. tyrannis, satis nota historia. THERAMENEM uno deliberativo genere valuisse, scribit Auctor prolegomenorum in Aphthonium, Bibl. Coisl. p. 594. quem Langbaenius ad Longin. p. 17. MSti fidem secutus, Troilum Sophistam vocat. Hunc autem puto de Theramene non ex scriptis orationibus iudicasse, sed tantum audivisse, ut de se fatetur Cicero. *Declamationes*, et alia rhetorica a Theramene scripta dicit Suidas in v. Quae omnia a recentioribus Sophistis ficta videntur. Recte enim Quintilianus II. 4. p. 76. *Fictas ad imitationem fori consiliorumque materias apud Graecos dicere, circa Demetrium Phalereum institutum fere constat*. Plura de Theramene Cl. Taylorus in Lysiae Vit. p. 44. Sed hic Cicero, saltem faciens a Theramene ad Lysiam, plures omittit, quorum partim illustris est memoria, ut ANTIPHONTIS RHAMNUSII (*), partim obscura et in vetustatis tenebris latens. Lysiae aetatem qui praecesserint, vel attigerint, fere hi sunt:

CEPHALUS. De eo Suidas ita: *Κεφαλος, Ἀθηναῖος*,

[(*) De quo videatur peculiaris Ruhkenii Disputatio, supra, horum Opusc. p. 142 — 182, in qua nonnulla etiam de Theramene leguntur p. 165.]

ῥήτωρ καὶ δημαγωγός, ὃς πρῶτος προίμια καὶ ἐπιλόγους συντέθεικε· γέγονε δὲ ἐπὶ τῆς ἀναρχίας. Κέφαλος δὲ οὗτος ἔσχε θυγατέρα τὸν Οἴηεν. Hanc filiam Charopi in matrimonium collocatam esse, ex Philochoro scribit Harpocration v. Οἴηθεν. Cephalum, ut virum probum, patriae amatem, et auctoritate, quam bonis artibus peperisset, excellentem, laudant Andocides de Myster. p. 19. Demosthenes de Cor. p. 555. et Dinarchus adv. Demosth. p. 95. Itaque facile credam Scholiastae Aristophan. Eccles. 248. alium esse, quem ibi Comicus perstringit. Morum integritatis tantam fiduciam Cephalus habuit, ut, narrante Aeschine adv. Ctesiph. p. 440. ausus sit cum Aristophonte Azeniensi contendere, uter aetatem egerit honestius. Recentior, nec orator, sed dicendi magister, vel Sophista, videtur Cephalus ille, cuius ἐγκώμιον Λαγίδος τῆς ἐταίρας laudat Athenaeus XIII. p. 592. C. Neque enim Oratores illi veteres in ludicris argumentis versari solebant. Scimus quidem, Helenam ab Isocrate esse laudatam. Sed Isocrates non tam Orator, quam Sophista fuit. Reliqua de Cephalo habet Taylorus in Lysiae Vit. p. 31.

ARCHINUS, ex Coele, Thrasybuli in libertate vindicanda adjutor. Funebrem ejus orationem laudat Plato Menex. p. 403. A. ex qua multa in Panegyricum suum derivavit Isocrates, teste Photio Cod. CCXL. p. 1458. Ex eadem oratione sumtum videtur, quod citat Clemens Alex. Strom. VI. p. 749. Πᾶσι μὲν ἀνθρώποις ὀφείλεται ἀποθανεῖν ἢ πρότερον, ἢ εἰς ὕστερον. Archini nomen restituendum Suidae v. Ἴσοκράτης. — διδάσκαλος δὲ Γοργίας. οἱ δὲ Τισίαν Φα-
σίν,

ειν, οἱ δὲ, Ἐργίτων. Repone Ἀρχίτων. Cetera, quae
 de hoc Oratore dici possent, occuparunt Valesius ad
 Harpocrat. p. 253. et Taylorus in Lysiae Vit. p. 51.
 Ἀρχίνους vocatur a Pseudo-Plutarcho Vit. X. Orat.
 p. 832. D. et Suida v. Σαμίων. Sed Taylorus l. c.
 et Lect. Lysiac. c. VII. malit Ἀρχίνος. Minus re-
 cte. Nam in his nominibus triplex forma usitata,
 Ἀρχίνους, Ἀρχίνος, Ἀρχίνος. Sic *Euthynous* Cicero
 Tusc. Disp. I. 48. *Euthynus* alii. Ἀλφίνος et Ἀλφί-
 νους promiscue Pseudo-Plutarchus l. c. p. 848. D.
 et 849. B. Ἀντίνοος et Ἀντίνος Pausan. p. 617. 618.
 Πασίνους Isocrates et Harpocrat. Πασίνος Suid. *Calli-
 nous*, elegiaci carminis auctor, a Terentiano Mauro
 de Metr. p. 2421. *Callinous* dicitur, non metri ne-
 cessitate, ut quidam scripserunt, sed quod haec etiam
 forma usitata esset. Nam et in soluta oratione *Cal-
 linoum* vocat Marius Victorinus Art. Gramm. III.
 p. 2555. *Alcinus* et *Alcinous* promiscue passim. Vi-
 de Dukerum ad Thucyd. III. 70. Haec contractio
 Graecis etiam placuit in nominibus appellativis. He-
 sychius: Κακόνος. κακονῶν. Idem: Λασίνος. ἄφρων,
 ἐπιλήσμων. Quanquam intelligo, non magnam in tā-
 libus esse Hesychii auctoritatem. Numero quidem
 plurali κακόνοι et εὔνοι Atticos dixisse, docet Mark-
 landus V. Cl. ad Lysiae Orat. XVIII. p. 578.

ANDROCLES, Pitthensis, acer status popularis
 vindex, et Alcibiadis adversarius, de quo luculentus
 locus est Thucydidis VIII. 65. Produxit testes, qui
 Alcibiadem Hermarum mutilatorum accusarent. Plu-
 tarch. Alcibiad. p. 200. D. Ejus etiam mentio apud
 An-

Andocidem de Myster. p. 4. Laudatur ab Aristotele Rhetor. II. p. 500.

SOPHOCLES, diversus a Tragico, unus ex Προβούλοις, sive Decemviris, qui ante Quadringentos creati sunt cum summa potestate legibus scribendis. Vid. Aristotel. Rhet. III. p. 748. et Vales. ad Harpocrat. p. 181. Eundem esse puto, qui inter XXX. Tyrannos commemoratur a Xenophonte Hellen. II. p. 461. B. Ejus orationem *pro Euclemone* laudat Aristoteles Rhetor. I. p. 246.

CLEOPHON, turbulentus demagogus, et similis Hyperbolo et Cleoni, quibuscum saepe jungitur. Cicero de Republica, apud Augustin. de C. D. II. 9. *Quem illa (Comoedia) non attigit, vel potius quem non vexavit? cui repercit? Esto: populares homines, improbos in republica, seditiosos, Cleonem, Cleophonem, Hyperbolum laesit.* Plutarchus Polit. praec. p. 805. C. Φαῦλον ἄνθρωπον, ἀπειρία δὲ καὶ δεινότητι πεποιημένον ὑπ' αὐτῷ τὴν πόλιν, οἷος ἦν Κλέων Ἀθήνησι καὶ Κλειτοφῶν. Repone Κλεοφῶν. Aristides Platon. II. p. 176. Φαίνεin, ἐνδεικνῦναι, διμειβεin, ὥσπερ Κλέωνα, καὶ Κλεοφῶντα, καὶ Ὑπέρβολου. Alia loca, in quibus iidem demagogi jungantur, indicat magnus Hemsterhusius ad Lucian. Timon. p. 145. Cleophonem in transcurso exagitat Aristophanes Ran. 690. seqq. sed Plato integra Comoedia, quae *Cleophonis* nomine inscripta erat, ejus improbitatem notavit. Eam, praeter alios multos, laudat Grammaticus Sangermanensis MS. Ἀργύρια, πληθοντικῶς, οὐχ ἐνικῶς. Πλάτων Κλεοφῶντι. et Lexicon Sangermanense MS. Ἀπαρτὶ παρὰ τοῖς κωμικοῖς τὸ ἐκ τοῦ ἐναντίου.

κίου. Πλάτων Κλεοφῶντι· Ἄλλ' αὐτ' ἀπαρτὶ τὰλλότρι
 οἰχίσει Φέρων. Sed et Tragicus Euripides eum per-
 strinxisse creditur Orest. 902. seqq. Scholiastes ita:
 θέλει δὲ εἰπεῖν Ἀθηναίου οὐκ Ἀθηναίου ὄντα αὐτὸν, ἀλ-
 λὰ νόθον πολίτην, παρόσον Θράξ ἦν ἐκ Δελφῶν ὁ Κλεο-
 φῶν. ubi Palmerius Exercit. in Auct. Gr. p. 773. in-
 feliciter conjicit ἐκ Δευέλτου, non videns, ἐκ Δελ-
 φῶν vitiosam esse scripturam nominis Κλεοφῶν, at-
 que adeo litura sanandam. Cleophontis orationem
adversus Critiam laudat Aristoteles Rhetor. I. p. 54.
 Plura Perizon. ad Aelian. V. H. XII. 43. Wesse-
 ling. ad Diodor. Sicul. XIII. p. 583. et Taylorus in
 Lysiae Vit. p. 43 (*).

ARISTOPHONTES. Tres Aristophontes in horum
 temporum monumentis occurrunt. Quos cum vir
 summus, Is. Casaubonus ad Theophrast. Char. 8.
 confuderit, et P. Burmannus, eos distinguere cona-
 tus, ad Quinctilian. V. 12. p. 452. nihil expedie-
 rit, age, quomodo discernendi sint, breviter doce-
 amus. Primus est *Azeniensis*, a Quadringentis lega-
 tus ad Lacedaemonios missus Olymp. XCII. 1. Thu-
 cydid. VIII. 86. Idem Archonte Euclide Olymp.
 XCIV. 1. legem scripsit, ne quis civis haberetur,
 nisi qui matre libera natus esset. Carystius apud
 Athen. XIII. p. 577. B. Perizon. ad Aelian. V.
 H. XIV. 3. Taylor. in Lysiae Vit. p. 55. et Cor-
 si-

[(*) Interfectum eum esse seditione et factione eorum
 qui, post cladem ad Aegospotamos, urbem Lysandro dedere
 studebant, disertè narrat Lysias advers. Agoratum, p. 236,
 inouente Cl. Wytttenbachio ad Sel. Princ. Hist. Gr. p. 399.]

sinus Fast. Att. Tom. III. p. 275. Iphieratem et Timotheum prodicionis accusavit; ex quo intelligitur, eum vitam ultra Olymp. CVI. 1. extendisse. Dinarchus adv. Demosth. p. 92. adv. Philocl. p. 110. Plutarch. de Exil. p. 605. E. Polit. praec. p. 801. F. et Cel. Wesseling. ad Diodor. Sicul. XVI. p. 98. Inter viros eloquentissimos refertur a Demosthene adv. Leptin. p. 55. ubi Taylorus reliqua Demosthenis et Aeschinis loca, quae ad eum pertineant, collegit. Ex more Atheniensium, quo filius avi nomen gerebat, conjicere licet, Aristophontis patrem fuisse Demonstratum, oratorem, quem memorat Plutarchus Alcibiad. p. 200. B. et Nicia p. 531. D. filium Aristophontis, Demonstratum, cujus mentionem facit Xenophon Hellen. VI. p. 590. B. — Alter Aristophon, quem cum Azeniensi confundit Ulpian. in Demosthen. de Cor. p. 530. *Colyttensis*, orator et ipse, quo senescente florere incepit Demosthenes. Pseudo-Plutarchus l. c. p. 844. D. et Libanius Tom. I. p. 436. C. Crebra ejus mentio apud Demosthenem, tanquam de fals. leg. p. 217. de Coron. p. 494. adv. Timocrat. p. 368. et aliis locis. Scribae munere apud eum functus est Aeschines, teste Anonymo scriptore Vitae Aeschinis. Quanta hominis potentia in republica fuerit, cognosci potest ex fragmento, quod ex Hyperidis adversus eum oratione affert Scholiastes Platonis ineditus: *Ἐπερίδης ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοφάντος· Οἶδε γὰρ αὐτῷ δεδομένην ἄδειαν καὶ πράττειν καὶ γράφειν, ὃ, τι ἂν ἐμβραχὺ βούληται.* Eandem orationem citant Pollux VII. II. et Grammaticus Sangermanensis MS. *Μαχίδιον, τὸ*

ἐκ μωικοῦ γεγεννημένον. Ἐπερίδης ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοφάντος. — Tettius Aristophon est Archon Eponymus Olymp. CXII. 2. Vide Diodor. Sicul. XVII. p. 208. et ibi Wesseling, item Corsin. Fast. Att. Tom. IV. p. 44. Hunc a Colyttensi diversum esse, clarum est ex Demosthene de Corona. p. 531. ubi Colyttensem mortuum dicit. At hic illum ipsum annum, quo habita est oratio *de Corona*, suo nomine signabat. Erunt fortasse, qui Archontem etiam in Oratorum numero ponant, secuti Theophrastum Char. 8. προσδιηγήσασθαι δὲ καὶ τὴν ἐπ' Ἀριστοφάντος ποτὲ γενεμένην τοῦ ῥήτορος μάχην. Verum, nisi aliis testimoniis confirmetur, Archontem oratorem fuisse, potius in hanc partem inclinem, ut vocem ῥήτορος ab iis, qui Archontem cum Oratoribus confunderent, temere intrusam putem.

ANDOCIDES ET PHAEAX. Horum Oratorum historiam, ob causas, mox intelligendas, jungamus. Sed ante quaedam removenda sunt, quae officere huic disputationi, et vim ejus minuerē possent. Extant Vitae X. Oratorum, quas, qui ex Lampriae catalogo librorum Plutarcheorum didicerant, Plutarchum ejusdem argumenti librum scripsisse, re non explorata, Plutarchi nomine proscripserunt. Nam librum, qui nunc superest, non esse a Plutarcho scriptum, tam evidens et perspicuum est, ut Jonsius de Scriptor. H. Ph. III. 6. p. 234. ejus rei demonstratione supersedere potuisset. Hunc librum, multis omis-
sis, nonnullis adjectis, plerisque aptius dispositis, ut opus suum, in Bibliothecam intulit Photius, Cod. CCLIX. et seqq. At qualis tandem liber est? Ple-

num fraudis, mendaciorum, errorum dicit Taylorus Lect. Lysiac. V. et VI. ad Demosthen. adv. Midiam init. et ad Aeschinem adv. Ctesiph. init. tot convicia congerens in libri scriptorem, ut cupiditas quaedam, quae a tali re procul removenda erat, facile animadvertatur. Ego vero, hoc scriptore saepe multumque tractando, cognovi, cognitumque confirmo, me, quamvis quaerentem, quae in malae fidei suspicionem vocarem, ne levissimum quidem fraudis vestigium reperisse. Itaque huic scriptori summam fidem tribuo, summum veri studium. Sed idem fateor, mediocrem in eo judicandi facultatem fuisse. Nam ejusdem nominis scriptores saepe confundit, ut in vita Antiphontis: quanquam ille error ei communis est cum Philostrato. Cumque omnia tam perturbate scripta sint, nihil ut suo loco dicatur, verissimum puto, quod dudum suspicatus sum, mera esse Excerpta, nullo vel ordine, vel delectu facta, ex Hermippo, Caccilio, Dionysio Halicarnassensi, qui saepe laudantur, aliisque deperditis Vitarum scriptoribus. Taylorus, meliore rerum ordine, qui apud Photium est, inductus, Photium libri auctorem esse credit, Plutarchum nihil nisi Photiana compilasse, et erroribus auxisse. Quod sane miror, non dicam Tayloro, recti iudicii et praestantis doctrinae viro, sed vel mediocriter docto, in mentem venire potuisse. Nam primum omnia sunt pleniora et exquisitiora apud Plutarchum, ut facile videbit, qui ejus v. c. in Lycurgo ubertatem cum Photiana jejunitate contulerit: multa etiam veterum scriptorum testimoniis confirmata, quae Photius, ut fastidio seculi, quo

vivebat, occurreret, praetermisit. Deinde Plutarchea certum habent vetustatis indicium, quippe in quibus nullus scriptor, qui Dionysio Halicarnassensi posterior sit, laudatus reperiatur. At quales in Photiana accessione laudantur? Aristides, Libanius, Paulus Germinus, Aspasius. His praemissis, videamus, an Taylorus recte Plutarcho fidem abrogarit in Andocidis historia enarranda. Plutarchus, vel, si malis, Pseudo-Plutarchus ita: Ἄνδοκιδῆς Λεωγόρου μὲν ἦν πατὴρ, τοῦ θεμένου ποτὲ πρὸς Λακεδαιμονίους εἰρήνην Ἰθηναισί. Atqui avus Andocides pacem fecit cum Lacedaemoniis, non pater Leogoras, ut ipse Andocides testatur de Pace p. 24. confirmatque Aeschines de fals. legat. p. 302. Ergo Pseudo-Plutarchus manifestus erroris tenetur. Sed quomodo, qui se Andocidis orationes legisse fateatur, in re tam clara errare potuit? Aequius erat, culpam in libarios conferre, et suam scriptori manum hoc modo restituere: Ἄνδοκιδῆς Λεωγόρου μὲν ἦν πατὴρ, τοῦ Ἄνδοκίδου, τοῦ θεμένου etc. — Andocides genus ducebat a Mercurio, ut Pseudo-Plutarchus et Photius scribunt; ab Ulysse, ut verus Plutarchus Alcibiad. p. 201. E. et Suidas v. Ἄνδοκιδῆς, omnes Hellenicum testem laudantes. Iterum vanus et mendax Pseudo-Plutarchus. Sed hic quoque laboranti succurramus. Propior generis auctor Ulysses erat, remotior Mercurius. Ulysses a Mercurio per matrem originem ducere, liquet ex Ovidio Met. XIII. 146. quem locum ipse Taylorus laudavit. Ac fuit opinio tam vulgaris, Ulysses ex Mercurii posteris esse, ut numi gentis Mamiliae, quae originem suam ad Uly-

sem referebat, in altera parte Mercurii caput, in altera Ulysem exhibeant. Vide Vaillantium de Numis Familiarum in hac gente, quem ad Ovid. laudat Burmannus. Sed quid est, quare Pseudo-Plutarchus Mercurium potius commemoret, quam Ulysem? In promptu est ratio. Clarius sic apparebat Andocidis cognatio cum Cerycibus, qui a Ceryce, Mercurii filio, orti credebantur. — Sequitur apud Pseudo-Plutarchum: *προεχειρίσθη ποτὲ μετὰ Γλαύκωνος, σὺν ναυσὶν εἴκοσι Κερκυραίοις βοηθήσαν, διαφερομένοις πρὸς Κορινθίους.* In his secutus est Thucydidem I. 51. ex quo patet, expeditionem illam susceptam esse Olymp. LXXXVI. 1. cum Andocides ageret aetatis annum 33. At Taylorus contendit, hujus classis imperium frustra ad Andocidem referri, quem nullam unquam militae partem attigisse dicat Lysias adv. Andocid. p. 125. *οὐδέποτε ἐκ τῆς πόλεως ἐστρατεύσατο, οὔτε ἵππεύς, οὔτε ὀπλίτης, οὔτε τριήραρχος, οὔτ' ἐπιβάτης.* Hic mihi non alia, nisi haec, parata est responsio: Andocidis historiam parum cognitam fuisse orationis auctori. Nam Criticos veteres dubitasse, an Lysiae sit oratio, Harpocraton non uno loco ostendit. Et vero alia de Andocide in hac oratione dicuntur, quae nullo modo inter se cohaerent, v. c. p. 117. dicitur opes suas minuisse, et inter delatores divisisse, contra p. 127. tam opulentus esse, ut republicae inopiam, si voluisset, sublevare potuisset. Teneamus igitur id, quod etiam Dukerus V. Cl. ad Thucydid. tenet, Andocidem, oratorem, classi praefuisse. Nam quod Taylorus Andocidem avum intelligit, minus bene computavit tempora, nec sensit, se

seni octogenario classis praefecturam deferre. — Pseudo-Plutarchus quinque Andocidis orationes recenset, 1, *περὶ μυστηρίων*. 2, *περὶ καθόδου*. 3, *περὶ ἐνδείξεως*. 4, *ἀπολογία πρὸς Φαλακὰ*. 5, *περὶ τῆς εἰρήνης*. Photius, nactus tale Andocidis exemplar, quale nunc superest, deserto duce suo, quatuor tantum recenset, 1, *περὶ μυστηρίων*. 2, *περὶ καθόδου*. 3, *περὶ εἰρήνης*. 4, *κατὰ Ἀλκιβιάδου*. At Taylorus iterum erroris accusat Pseudo-Plutarchum, qui orationem *περὶ ἐνδείξεως* diversam fecerit ab illa *περὶ μυστηρίων*. Valesius quoque ad Harpocrat. p. 85. unam eandemque orationem esse putabat: sed mox repudiat hanc opinionem. Recte. Nam nihil impedit, quo minus Andocides, agitans multos, a multisque vicissim agitatus, plures *περὶ τῆς ἐνδείξεως* orationes habuerit. Si quis vero ex eo, quod Photius quatuor tantum legit, totidem, nec plures, ab Andocide scriptas putet, egregie fallatur. Orationum deliberativi generis non nisi una *περὶ εἰρήνης* nunc superest; cuius *γνησιότητα* tametsi olim Dionysius et Harpocraton, nostra aetate Taylorus l. c. et Marklandus ad Aeschin. de fals. leg. p. 302. in dubium vocarunt, tamen vetustissimus Grammaticus libro *de scriptorum furtis*, quem Clemens Alexandrinus, nihil similem furti actionem veritus, compilavit Strom. VI. p. 747. illam, ut Andocidis, agnovit et laudavit. At veteres Grammatici plures hujus generis laudant. Grammaticus Sangermanensis MS. *Εὐωχεῖν, ἀντὶ τοῦ εὐωχεῖσθαι. Ἀνδοκίδης συμβουλευτικῆς*. Photius Lex. MS. *Ναυκρατίαν. Ἀνδοκίδης συμβουλευτικῆς*. Neutra vox in Or. *de Pace* reperitur. Plutarchus Themistocli. p. 128. C. laudat Andocidem *ἐν*

τῷ πρὸς τοὺς ἑταίρους. nisi ibi epistola intelligenda sit, scripta ad Pisandri in statu populari evertendo socios, qui proprie ἑταῖροι appellabantur. Vid. Thucydid. VIII. 48. 65. et Taylor. in Lys. Vit. p. 37 (*). Ex deperdita oratione etiam ductum est, quod habent Scholiast. Aristoph. ad Vesp. 1001. et Scholiast. Lucian. ad Timon. p. 142. Περὶ Τπερβόλου λέγειν αἰσχύνομαι. οὐδ' ὁ μὲν πατὴρ ἐστιγμένος ἔτι καὶ ἴδν ἐν τῇ ἀργυροκοπίῃ δουλεύει τῷ δημοσίῳ ὡς δὲ ξένος ὢν καὶ βάρβαρος λυχνοποιεῖ. Sed multo major contentio exoritur de Oratione *adversus Alcibiadem*, quam Taylorus, omnibus ingenii et doctrinae praesidiis adhibitis, ab Andocide ad Phaeacem traducere conatur. Executiamus singulas ejus rationes, quas *minime contemnendas* vocat Piersonus ad Moerid. Atticist. p. 332. immo quibus, quod volebat, persuasisse videtur summo Hemsterhusio ad Thom. Mag. p. 810.

I. Disceptatur in hac Andocidis oratione, quis ex tribus, Nicia, Alcibiade, et Andocide, ostracismo in exilium sit ejiciendus. Hic statim Andocidi minus convenit cum Plutarcho, qui in Alcibiad. p. 196. Erem ita narrat: Alcibiadem juvenem, cum ad rempublicam accessisset, adversarios habuisse Niciam et Phaeacem, alterum senem et bello clarum, alterum juvenem, nobilem, et satis facundum, cujus etiam extet Oratio *adversus Alcibiadem*. Horum potentiae cum

[(*) Addatur Cl. Wytttenbachius ad Sel. Princ. Hist. Gr. Annot. p. 404. qui Palmeri probat emendationem, in loco Lysiae pro vulgato ἑτέρων legentis ἑταίρων.]

cum populus invidisset, excitasse Hyperbolum, ut uni ex tribus exilium irrogaret. Sed Alcibiadem, re communicata cum Nicia, vel, ut alii tradant, cum Phaeace, exilium in Hyperbolum, nihil tale cogitantem, vertisse. Sic Plutarchus in Alcibiade: sed in Nicia p. 530. D. eandem rem paullo aliter refert: Exilium duobus tantum, Niciae et Alcibiadi, destinatum fuisse, sed eos, sociatis factionibus, Hyperbolum expulisse. Theophrastum quidem, quem de hoc certamine in libris *περί νόμων* scripsisse, ex Schol. Luciani ad Timon. p. 142. intelligimus, pro Nicia nominare Phaeacem; se tamen malle sequi plures, qui duos tantummodo, Niciam et Alcibiadem, de ostracismo certasse tradant. Jam cum in hac controversia nulla Andocidis mentio fiat, contra Phaeax non solum tertius in hoc certamine, sed etiam auctor Orationis in Alcibiadem commemoretur, Taylorus inde conficit, orationem, quae nunc sub Andocidis nomine legitur, Phaeaci tribuendam esse. Haec, fateor, aliquam vim habitura essent, si scriptores, quos Plutarchus secutus est, inter se convenirent, et res uno modo narraretur. Nunc videmus, quam vaga et incerta sit narratio. Tres inter se de ostracismo contendisse, ex Oratione superstita, sive Andocidis, sive Phaeacis sit, planissimum est. Tamen plerique scriptores, Plutarcho teste, duos tantum commemorant. Itaque qua negligentia plerique tertium omiserunt, eadem pro Andocide Phaeacem posuerunt. Sed finge, Phaeacis esse orationem. Illene Alcibiadem, quocum de Hyperbolo eijciendo consenserat, tam indignis modis ac-

cepisset? Et quis orationem habet adversus eum, quocum conspiret? Quid? Phaeacis oratio, Plutarcho lecta, si ostracismum in disceptationem vocasset, Plutarehus rem confectam habuisset, nec ullo modo dubitare potuisset, sicut dubitat, an Phaeacis partes quaedam in hoc certamine fuerint. Ex his cogimus, longe aliam causam in Phaeacis contra Alcibiadem oratione tractatam esse, atque in Andocidis oratione tractatur. Quo uno argumento Taylorianae rationes omnes convelluntur.

II. Inter causas, quibus exilium a se removet Andocides, hanc quoque ponit p. 33. *εἰ δὲ καὶ τὸ γένος σκοπεῖν, ἐμοὶ μὲν οὐδαμῶθεν προσήκει τούτου τοῦ πράγματος.* Hic, Taylorus ait, oratorem genus suum humile et obscurum vocare; idque convenire Phaeaci, parum claris majoribus orto, non Andocidi, uni ex Mercurii vel Ulyssis posteris, qui ipse gentis suae amplitudinem jactet de *Myster.* p. 14. 18. 19. de *Redit.* p. 23. Enimvero nimium causae, quam susceperat, studium hic etiam transversum egit virum doctissimum. Non abjicit orator genus suum, sed hoc tantum dicit, si et ipse et Alcibiades ex genere judicandi essent, Alcibiadi ostracismum convenire, cujus uterque avus, Megacles et Alcibiades, in exilium sint ejecti, non sibi, cujus ex gente nemo hanc poenam subierit. Nec verum est, quod V. Cl. dicit, Phaeacem obscuro genere ortum fuisse. Nam Plutarchus in *Alcibiad.* l. c. ejus majores diserte *γνωρίμους* vocat.

III. Orator p. 34. recenset legationes a se pro publica susceptas: *ἐγὼ πρεσβεύσας εἰς Θερραλίαν καὶ*

Μακεδονίαν καὶ εἰς Μολοσσίαν καὶ εἰς Θεσπρωτείαν καὶ εἰς Ἰταλίαν καὶ εἰς Σικελίαν, etc. Haec, Taylorus negat, ab Andocide dici potuisse, cujus ἀποδημία, non πρεσβεία, per Siciliam, Italiam, Peloponnesum, Thessaliam, Hellespontum, Ioniam, Cyprum, a Lysia c. Andocid. p. 106. commemoretur: sed pulcre convenire Phaeaci, quem Thucydides V. 4. narret legatum in Italiam et Siciliam missum esse. Verum tardus sit oportet, qui non videat, Lysiam, ut accusatorem, quam πρεσβείαν dicere debebat, invidiose ἀποδημίαν dicere. Quod autem ad Phaeacem attinet, non ille legatus obiit Thessaliam, Macedoniam, Molossiam, Thesprotiam, sed solam Italiam et Siciliam, atque inde, Thucydide teste, domum revertit. Ergo, quae de legatione Orator dicit, ad Andocidem, non ad Phaeacem, referenda (*).

IV. At, quae Plutarchus e Phaeacis oratione affert, in hac Andocidis reperiuntur. Hic vir egregius, velut victoria parta, prope juveniliter exultat et triumphat. Enimvero, si quis loca, quae eadem esse dicuntur, accuratius inter se comparet, et verbis et sensu discrepare reperiatur. Phaeacis locus a Plutarcho sic laudatur: ὅτι τῆς πόλεως πολλὰ πομπεῖα χρυσῶ καὶ ἀργυρῶ κεκτημένης, Ἀλκιβιάδης ἐχρήτο πᾶσιν αὐτοῖς ὡς περ ἰδίους πρὸς τὴν καθ' ἡμέραν διαίταν. Andocidis locus hic est p. 33. τὰ πομπεῖα παρὰ τῶν ἀρχιθεωρῶν αἰτησάμενος, ὡς εἰς τὰ πινίκια τῆ προτεράζῃ τῆς

[(*) Utriusque, et Taylori et Ruhnkenii, sententiam reprehendit Suijterus Lect. Andoc. p. 14. ipse castigatus a Cl. Wyttrebachfo, in hujus libri censura, Bibl. Crit. P. XL p. 78.]

τῆς θυσίας χρησόμενος, ἐξηπάτησε, καὶ ἀποδοῦναι οὐκ ἔθελε, βουλέμενος τῇ ὑστεραίᾳ πρότερος τῆς πόλεως κρήσασθαι τοῖς χρυσοῖς κερνιβίοις καὶ θυμιατηρίοις. Hunc ipsum locum laudat Moeris Atticista p. 332. Πομπεία, Ἄττικῶς, τὰ θυμιατήρια καὶ τὰς κέρνιβας, ὡς Ἄνδοκίδης. Sequimur enim conjecturam Cl. Valckenarii apud Pearson. qua pro vulgato Θεουκιδίδης legit Ἄνδοκίδης. Athenaeus etiam IX. p. 408. D. eundem locum laudat: Ἄττικοι δὲ κερνιβιον λέγουσιν, ὡς Δυσίας ἐν τῷ κατὰ Ἄλκιβιάδου τοῖς χρυσοῖς κερνιβίοις καὶ θυμιατηρίοις. Quae ex eo descripsit Eustath. ad Od. A. p. 33. Sed Athenaeus memoriae lapsu Lysiam laudavit pro Andocide, bene id observante Taylora. Jam videat mihi aliquis, quam non verba tantum diversa sint in duobus locis allatis, sed etiam sensus. In altero vasa sacra ad usus privatos, in altero ad pompam in sollemnitate Olympica adhibita esse dicuntur. Denique, qui familiaritatem aliquam cum Andocide contraxerit, sentiet profecto, eandem in hac contra Alcibiadem, quam in ceteris Andocidis orationibus, dicendi formam esse, eandem vim et gravitatem. Ex his igitur omnibus efficitur, orationem, quam saepe diximus, auctori suo, Andocidi relinquendam esse, nec Phacaci tribuendam, praesertim cum etiam Harpocration v. Ἐμποδῶν et v. Εὐανδρία, et Photius in Bibl. ne quid de Moeride dicam, eam, ut Andocidis, laudent. Huc accedit consensus viri praestantissimi, et collegae conjunctissimi, L. C. Valckenarii, qui Taylorianas rationes iisdem, quibus nos, argumentis in Adversariis suis oppugnavat (*).

Λυ-

[(*) Conferantur quae, hinc pertinentia, ex Viri Cl.

Ad-

AUTOCLES, Strombichidae, ejus, qui a XXX. tyrannidis interfectus est, filius, legationem obiit ad Lacedaemonios. Xenophon Hellen. VI. p. 590. B. 591. B. ubi dicitur μάλα δοκῶν ἐπιστροφῆς εἶναι ῥήτωρ, h. e. orator sollertissimus, non, ut Victorius Ind. in Aristotel. Rhetor. explicat, orator valde suavis. Damascius apud Phot. p. 1031. ἀγγέλους δὲ ὄν καὶ ἐπιστροφῆς. Ejus orationem adversus Mixidemem laudat Aristoteles Rhetor II. p. 488.

IPHICRATES. Hunc Demosthenes adv. Timoth. p. 1024. E. dicit τὸ, τε πράττειν καὶ τὸ εἰπεῖν δυναμένον. quibus simillima illa Justini VI. 5. in quo non imperatoriae tantum, verum et oratoriae artes fuerunt. Ejus orationes, plenas militaris spiritus, vehementer laudat Aristides περὶ παραφλέγμ. p. 385. Minus magnifice de ejus in dicendo facultate sentiunt Dionysius Halic. in Lysia p. 85. et Plutarch. Polit. praec. p. 813. A. Sed cui rectius credamus, quam ipsi Iphicrati, qui apud Plutarchum l. c. p. 801. F. se ab Aristophonte eloquentia vinci fatetur. Ex oratione περὶ προδοσίας adversus Aristophontem fragmentum est apud Quintilian. IV. 12. p. 243. Cui simile quiddam fecisse Iphicrates dicitur, qui cum Aristophontem, quo accusante similis criminis reus erat, interrogasset, an is accepta pecunia rempublicam proditurus esset? isque id negasset; Quod igitur, inquit,

Adversarius postea in lucem protulit Sluiterus Lect. Andoc. p. 17—26. adhibita Wytenbachii admonitione, l. c. p. 79. qui de hac Ruhnkenii disputatione breviter quoque retulit in ejus Vita p. 446.]

tu non fecisses, ego feci? Cujus dicti vim et acrimoniam Quinctilianus diluit vertendo. Graeca haec sunt apud Aristotelem Rhetor. II. p. 480. et Aristidem I. c. *σὺ μὲν Ἀριστοφῶν ὦν, οὐ προδοίης ἐγὼ δ', ὦν Ἰφικράτης;* quae jure miratur Cl. Valckenaerius in eruditissima Diatriba in Euripidis Fragm. c. xx. p. 211. Plura de Iphicrate Victorius ad Aristotel. Rhetor. II. p. 478. et Taylorus ad Lysiae Fragm. p. 637. quae nihil attinet repetere. Plurcula ejus vel magnifice, vel acute dicta collegit M. A. Muretus Var. Lect. VIII. 22.

CALLISTRATUS, Callicratis filius, Aphidnaeus, causa super Oropo peroranda tale Demostheni eloquentiae, quale Herodotus historia sua recitanda Thucydidi historiae, studium injecit, ut ex Demetrio Magnesio refert Pseudo-Plutarch. p. 844. B. ex Hermippo Gellius III. 13. Magna apud populum auctoritate valuit, teste Demosthene de fals. legat. p. 219. Adversarium in republica administranda habuit Medianopum. Plutarch. Demosth. p. 851. F. quem etiam accusavit oratione, laudata Aristoteli Rhetor. I. p. 244. Eloquentia sic excelluit, ut nemo sui temporis ei par poneretur. Vide, praeter Aeschinis et Nepotis testimonia, ab aliis allata, Demosthen. adv. Timoth. p. 1074. E. Narrat Ulpianus in Demosth. c. Timocr. p. 822. interrogatum Oratorum principem, uter esset melior orator, ipsene, an Callistratus? respondisse: *ἐγὼ μὲν γραφόμενος, Καλλίστρατος δὲ ἀκουόμενος.* Callistratus exercitui praefuit una cum Timotheo et Chabria, Olymp. C. 4. Diodor. Sicul. XV. p. 24. Post Iphicrates illum sibi adscivit

vit sive ut consiliarium inprimis idoneum, sive ut arbitrum et spectatorem rerum a se gerendarum. Xenophon Hellen. VI. p. 589. D. Archon fuit Olymp. CVI. 2. Nec erat, quare dubitaret Fabricius Bibl. Gr. Vol. IV. p. 56. confundens praeterea cum Pseudo-Plutarcho duos Callistratos, alterum Callicratis, alterum Empaedi filium. Capitis damnatus Callistratus in exilium abiit. Demosth. adv. Polycl. p. 1091. A. et Liban. Tom. I. p. 442. D. 452. B. Ex quo cum, invito populo, rediisset, ad supplicium raptus est. Lycurg. adv. Leocr. p. 214. Reliqua de hoc Oratore dederunt viri summi, H. Valesius ad Ammian. Marcell. xxx. 4. et P. Wesselingius ad Diodor. Sicul. xv. p. 32. Suidas v. Ἴσοκράτης testimonio Καλλιστράτου τοῦ ῥήτορος confirmat, Isocratem juniorem natum esse Apolloniae in Ponto, vel Heraclaeae. Qui Callistratus per temporis rationes non potest esse Aphidnaeus. Intellige igitur Domitium Callistratum, cujus libri περὶ Ἡρακλείας saepe laudantur. Vid. Suid. v. Φιλόξενος.

CEPHISODOTUS. Varii Cephisodoti in Attica historia memorantur. Sed Orator est Cephisodotus ex Ceramico, qui a Demosthen. adv. Leptin. p. 56. dicitur οὐδεὶς ἤττον τῶν λεγόντων δεῖν εἰπεῖν. Idem mihi videtur, quem legatum ad Lacedaemonios missum esse scribit Xenophon Hellen. VI. p. 590. B. VII. p. 615. D. Laudatur ab Aristotele Rhetor. III. p. 647. 650. 651 (*).

Lv-

[(*) Qui proxime attigerint Lysiae aetatem Oratores, illis addatur ARCHEDEMUS, ὁ Γλάμων cognomine, demagogus haud

LYSIAS. De eò Cicero Brut. 9. *Tum fuit Lysias, ipse quidem in causis forensibus non versatus, sed egregie subtilis scriptor, atque elegans, quem jam prope audeas oratorem perfectum dicere.* Hactenus ille de Lysia. Nam quae sequuntur, de Demosthene dicuntur, nec a Tayloro in Testimon. de Lysia p. 83. ad Lysiam referri debebant. Ejus autem historiam Taylorus, et ipsius, et aliorum Oratorum sospitator, ita illustravit, nihil ut supra addi posse videatur.

Lysiam sequitur ISOCRATES, communis praeceptor Oratorum, quos deinceps recensebimus, prope omnium. Cicero de Orat. II. 22. *Ecce tibi exortus est Isocrates, magister istorum omnium, cujus e ludo, tanquam ex equo Trojano, meri principes exierunt: sed eorum partim in pompa, partim in acie illustres esse voluerunt. Itaque et illi, Theopompi, Ephori, Philisti, Naucratae, multique alii naturis differunt: voluntate autem similes sunt, et inter sese, et magistri: et ii, qui se ad causas contulerunt, ut Demosthenes, Hyperides, Lyeurgus, Aeschines, Dinarchus, aliique complures, etsi inter se pares non fuerunt, tamen sunt omnes in eodem veritatis imitandae genere versati.* ubi Lambinus bene rejicit glossema, quod de margine in textum venit, *magister istorum omnium*, cui frustra codicum consensum objicit Zach. Peareius. Nam pleraque glossemata, quae vel in Cicerone, vel in aliis scriptoribus repe-

an-
 haud ignobilis, de quo videantur Scriptores laudati Cl. Wyttenbachio ad Sel. Princ. Hist. Gr. Annot. p. 392.]

riantur, vetustiora sunt Codicibus, qui nunc super-
sunt. Sed idem gravius peccavit recipienda pessi-
morum librorum scriptura: *tamen sunt omnes in eo-
dem virtutis imitandae genere versati.* Neque enim
vitium est in *veritatis*, sed in *imitandae*. Lege:
*tamen sunt omnes in eodem veritatis tutandae genere
versati.* Tutari veritatem, conservare eloquentiam,
quae veras causas tractat, non fictas ad ostentatio-
nem. Vim vocis *veritas* explicuimus ad Rutil. II.
6. p. 92. De Isocrate insignis etiam locus est Ci-
ceronis Brut. 8. quem et ipsum Interpretes male ac-
ceperunt: *Exstitit igitur jam senibus illis Isocrates,
cujus domus cunctae Graeciae quasi ludus quidam pa-
tuit, atque officina dicendi, magnus orator, et perfe-
ctus magister, quanquam forensi luce caruit, intra-
que parietes aluit eam gloriam, quam nemo quidem,
meo judicio, est postea consecutus.* In hoc loco etsi
nihil desideres, tamen Lipsius Var. Lect. III. 14.
e Rufino Grammatico legit: *quam nemo quidem, meo
judicio, est poeta consecutus.* Quae scriptura sic pla-
cuit Grutero, ut eam, praeter morem suum, in tex-
tum inferret. Sed nullus hic Poetae locus est. Ci-
cero dicit, Isocratem ea floruisse gloria, quam nemo
quidem dicendi magister, suo judicio, sit postea con-
secutus. Quod verissimum esse, ex historia constat.
Nam nullus unquam Rhetor aut plures discipulos
habuit, aut per eos famam suam latius propagavit.
Isocratem, etiam in historico scribendi genere, imi-
tati sunt discipuli, Theopompus, Ephorus, Phi-
listus, ut Cicero ait. Idem de aliis historicis refert
Dionys. Halicarn. in Dinarcho p. 115. *οἱ δ' Ἰσοκρά-*

την καὶ τὰ Ἰσοκράτους ἀποτυπώσασθαι θελήσαντες, ὕπαι
 τιοι, καὶ ψυχροὶ, καὶ ἀσύστροφοί, καὶ ἀναλθεῖς (*).
 οὗτοι δ' εἰσιν οἱ περὶ Τίμαιον, καὶ Πλάτωνα, καὶ Σωσι-
 γένην. ubi grave vitium, quod in nomine Πλάτωνα
 haeret, sic corrigendum: οἱ περὶ Τίμαιον, καὶ Ψάωνα,
 καὶ Σωσιγένην. Psaon, Plataeensis, historiae scri-
 ptor, quem idem reprehendit de Structur. or. p. 5.
 ubi Σάωνα legebatur ante Jonsium de Script. H. Ph.
 I. 2. p. 11 et Valesium Emend. III. 14.

LEODAMAS, Acharnensis, Isocratis discipulus.
 Pseudo-Plutarch. l. c. p. 837. D. et Photius Cod.
 CCLX. p. 1456. Eloquentia quantum excelluerit;
 intelligitur ex Demosthene c. Leptin. p. 55. sed
 multo magis ex Aeschine c. Ctesiph. p. 417. Ac-
 cusavit Callistratum. Aristotel. Rhet. I. p. 126.
 item Chabriam propter praemia publicae ei tributa.
 Demosthen. et Aristotel. II. cc. Ipse accusatus a
 Thrasybulo, Colyttensi, ni fallor, se defendit. Ari-
 stotel. Rhet. II. p. 503. Legationem suscepit ad
 Thebanos, quibuscum ipsi quaedam necessitudo in-
 tercedebat. Aeschines adv. Ctesiph. l. c. Si vul-
 gata exemplaria Pseudo-Plutarchi et Photii in vita Ae-
 schinis sequamur, sicut illa secuti sunt Victorius ad
 Aristotel. Rhetor. I. p. 126. et Olear. ad Philo-
 strat. de V. S. I. 18. p. 509. Leodamas Aeschini
 viam ad eloquentiam praeivit. Quanquam apud Pho-
 tium alio loco, Cod. LXI. p. 61. Aeschines An-
 talcidae discipulus dicitur. Verum pro Λεωδάμαντος
 et Ἀνταλκίδα legendum est Ἀλκιδάμαντος. Nam Sui-
 das

[(*) Coniicit Toupinus ἀναλθεῖς.]

eas v. *Αίσχλης* diserte tradit, eum Alcidas discipulum fuisse. Et sic Xylandro ad Plutarch. l. c. et Jonsio de Scriptor. H. Ph. III. 1. p. 216. placet. Jo. Faber ad Fulv. Ursini Imag. Illustr. p. 51. in gemma, cui *Leodamantis* nomen insculptum erat, praeter Leodamantis, Aeschinis discipuli caput sibi videre visus est. Quod quam vanum et ridiculum sit, ex modo dictis intelligitur. Error librariorum, in Plutarcho et Photio *Λεώδαμος* et *Ἀλκίδαμος* confundentium, mihi suspicionem injecit, an in Aristotele Rhetor. I. p. 232, pro *Ἀλκίδαμος ἐν τῷ Μεσσηνιακῷ* legendum sit *Λεώδαμος ἐν τῷ Μεσσηνιακῷ*, ut haec oratio habita sit contra Callistriati orationem ἐν τῇ Μεσσηνιακῇ ἐκκλησίᾳ, quam laudat Aristoteles Rhet. III. p. 739. Dissensus inter se hos Oratores, paullo ante vidimus. Sed non oportet nimis esse suspicacem.

LYCOLEON. Ex ejus pro *Chabria* oratione fragmentum habet Aristoteles Rhetor. III. p. 653. in quo cum statuæ, quam Nepos Chabr. 1. et Diodor. Sicul. XV. p. 28. Chabriae positam narrant, mentio fiat, clarum est, hanc orationem habitam esse post Olymp. C. 4.

COCCUS, Atheniensis, Isocratis discipulus, teste Suida in v. Sed Quintilianus eum videtur antiquiorem statuere non solum Isocrate, sed etiam Lysia, XII. 10. p. 624. *Quis erit hic Atticus? Sit Lysias, hunc enim amplectuntur amatores istius nominis modum. Non igitur jam usque ad Coccum et Andocidem remittetur.* Nisi forte locum subobscurum de Cocci et Andocidis contentu interpretari malis.

ISAEUS. Ejus vitam enarrarunt Dionysius Halicarnassensis, Pseudo-Plutarchus et Photius, ex iis et aliunde Meursius et Fabricius, ad quos Isaei studiosos ablegamus. Fabricius in Dionysii Halic. Ep. ad Amm. p. 120. Ἰσοκράτην reponens pro Ἰσαίων, non videtur ipsum Dionysium inspexisse. Rectius Fr. Sylburgius in ejusdem Demosth. p. 167. Κριτίας legit, ubi vulgo editur Ἰσαίος.

EUBULUS. Tres Eubuli, ut Comicum taceam, in Attica historia commemorantur. Primus est Spinthari F. *Probalisius*, cujus mentionem facit Demosthenes c. Neaer. p. 580. et monumentum Athenis vidit Pausanias I. p. 73. Sed hunc oratorem fuisse, nullo documento constat. Alter est Mnesithei F. *Cyprius*, vel *Cytherius*, ut Valesio ad Harpocrat. p. 80. et Corsino Fast. Att. T. I. p. 236. videtur, cujus decretum de legatis ad Philippum mittendis memorat Demosthenes de Cor. p. 494. 495. ubi Ulpianus eum dicit Macedonibus studuisse. Tertius est *Anaphlystius*, maximae auctoritatis orator et demagogus, quem, ubicunque Eubulus simpliciter commemoretur, intelligendum puto. Is Aristarchum caedis accusavit, eoque crimine implicuit Demosthenem. Ulpian. in Midian. p. 667. 669. 694. Ex quo tempore Demostheni perpetuae cum illo similitates intercesserunt. Ulpian. in Demosth. de fals. leg. init. Midiam adversus Demosthenem defendit, ut liquet ex Midiana p. 159. Aeschini, olim scribae suo, patronus adfuit in judicio de eomenta legatione. Aeschin. de fals. legat. fin. Demosthen. in or. ejusdem argumenti p. 217. et Ulpian. p. 382. effecitque aucto-

ritate sua, ut populi suffragiis liberatus discederet. Photius Cod. LXI. p. 62. et Taylor. ad Demosth. Or. laud. Errant enim, mea sententia, Pseudo-Plutarchus l. c. p. 840. C. et Photius Cod. CCLXIV. p. 1466. Aeschinem ab Eubulo Probalisio tum servatum scribentes; nollemque adeo, quo in errore ipsi sunt; in eundem induxissent Valesium ad Harpocrat. p. 86. et Taylorum ad Aeschin. c. Ctesiph. p. 611. Anaphlystius Eubulus, nullam e bello laudem consecutus, curam pecuniae publicae suscepit, reditus auxit, classes instruxit, urbem monumentis exornavit. Aeschines c. Ctesiph. p. 375. Dinarch. c. Demosth. p. 102. et Plutarch. Polit. praec. p. 812. E. Sed in hac pecuniae cura perniciosam civitati legem tulit, ut, qui pecuniam theatralem in militarem convertisset, capite plecteretur. Ulpian. in Demosth. Olynth. I. p. 14. Quam legem, Philino etiam memoratam apud Harpocrat. v. Θεωρικὰ, vehementer reprehendit Demosthen. Olynth. I. p. 4. A. III. p. 39. A. et de rep. ord. p. 123. A. seqq. ubi vide Ulpianum. Ac vere judicat Theopompus apud Harpocrat. v. Εὐβου-
 λος, nunquam civitatem imbelliorem et ignaviorem, quam cum ab illo administrabatur, fuisse. Mox, cum necessitas venisset pecuniae non in theatrales voluptates, sed in bellum impendendae, legis suae mutandae consilia agitavit. Demosthen. de fals. legat. p. 217. Suscepit etiam legationem ad Philippum. Demosthen. de Cor. p. 480. Quam cum sic gessisset, ut Macedonum partibus studere videretur, acta ejus exagitavit Demosthenes. Aeschin. de fals. leg. p. 241. Cum Phrynone et Philocrate, improbis

demagogis, jungitur a Luciano Encom. Demosthr. p. 520. et Ulpiano in Olynth. III. p. 45. Ei Demosthenem in republica successisse, scribit Libanius Tom. I. p. 436. C. Mortuum quidem esse ante Demosthenem, patet ex Or. de Cor. p. 531. Sed rempublicam per plures annos una cum Demosthene administrasse, ex iis, quae diximus, intelligitur. Adde Or. c. Leptin. p. 52. de fals. leg. p. 180. de Cor. p. 476. Mores hominis egregie describit Theopompus apud Athen. IV. p. 166. D. et apud Harpocrat. v. Εὐβουλος. Potentia quanta fuerit, docet Demosth. de fals. leg. p. 217. et ad eum Ulpianus. Mortuo honores decreti sunt, de quibus fuit Hyperidis oratio (*), quam saepe laudant Grammatici. Ex Eubuli *adversus Charetem* oratione haec habet Aristoteles Rhetor. I. p. 257. Οἷον Εὐβουλος ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἐχρήσατο κατὰ Χάρητος, ᾧ Πλάτων εἶπε πρὸς Ἀρχίβιον· Ὅτι ἐπιδέδωκεν ἐν τῇ πόλει τὸ ὁμολογεῖν πονηροῦς εἶναι. ubi Victorius perperam Platonem, philosophum, intelligit, cum Comicus sit intelligendus, e cujus dicto si syllabam, quae abundat, cum Valckenario nostro sustuleris, finis senarii erit, ἐπιδέδωκε τῇ πόλει. Sed hic non est praetermittendus locus Plutarchi de fratern. amor. p. 486. D. οἱ δὲ βίοις χρώμενοι διαφόροις, τὸν τε Φρόνον ἐκτρέπονται, καὶ συνεργοῦσιν ἀλλήλοις μᾶλλον, ὡς Δημοσθένης καὶ Χάρης, καὶ πάλιν Διοσχίνης καὶ Εὐβουλος, καὶ Ἵπεριδης καὶ Λεωσθένης. Quis est ille Eubulus imperator, qui Aeschini mutuum operam praestiterit? Equidem nul-

lum

[(*) Phot. in v. Εὐβουλος laudat Toupius.]

tum hoc nomine cognovi. Noli dubitare, quin mutilus locus sit, atque hoc modo restituendus: — ὡς Δημοσθένης καὶ Χάρης, καὶ πάλιν Αἰσχίνης καὶ Φακίων, καὶ Εὐβουλος καὶ Διοσίβης, καὶ Ἐπερίδης καὶ Λεωσθένης. Quam emendationem ipse Plutarchus confirmat Phocion. p. 744. F. τοὺς μὲν λέγοντας ἐν τῷ δήμῳ καὶ γράφοντας μόνον, ὧν Εὐβουλος ἦν, καὶ Ἀριστοφῶν, καὶ Δημοσθένης, καὶ Δυκοῦργος, καὶ Ἐπερίδης. Διοσίβη δὲ καὶ Μενεσθέα, καὶ Λεωσθένη, καὶ Χάρτητα, τῷ στρατηγεῖν καὶ προσπολεμεῖν αὔξοντας ἑαυτούς. Phocion, imperator, Aeschini adfuit in caussa male obitae legationis, ut ipse testatur in Apologiae suae fine. Haec, ni fallor, veterum de Eubulo loca sunt omnia, quae se alibi daturum promittebat Taylorus ad Aeschin. c. Ctesiph. p. 611.

Hactenus eloquentiae ortum et incrementa vidimus. Nunc ad illud tempus venimus, quo se ad tantum extulit fastigium, ut, ultra quo progredere, non haberet. Quod etsi multorum ingeniis studiisque perfectum est, unus tamen DEMOSTHENES praecipue hanc laudem tulit; de quo verissime iudicat Cicero Brut. 9. *Plane perfectum oratorem, et cui nihil admodum desit, Demosthenem facile dixeris. Nihil acute irrevniri potuit in eis caussis, quas scripsit, nihil, ut ita dicam, subdole, nihil versute, quod ille non viderit; nihil subtiliter dici, nihil presse, nihil enucleate, quo fieri possit aliquid limatius; nihil contra grande, nihil incitatum, nihil ornatum vel verborum gravitate, vel sententiarum, quo quidquam esset elatius.* Cum quo loco conjungendus est alter de Orat. 7. Ceterum de Demosthene, ejusque aequali, et

adversario perpetuo, AESCHINE, tanto minus aliquid dicere attinet, quod speramus, futurum, optamus quidem certe, ut utriusque historia, a Taylora promissa, post ejus fata in lucem proferatur. (*).

Demostheni, ut Cicero pergit Brut. 9. *Hyperides proximus, et Aeschines fuit, et Lycurgus, et Dinarchus, et is, cujus nulla extant scripta, Demades, aliique plures. Haec enim aetas effudit hanc copiam.* HYPERIDES Κολυττεῖς vocatur ab iis, qui vitam ejus enarrarunt. Itaque Eustratius in Aristotel. Nicom. IX, p. 148. b. Aeschini, qui Κοβακίδης fuit, δημογεγεῖς Κολυττεῖς tribuens, duos Oratores confundit. De duobus ejus fragmentis, Rutilio Latine servatis I. 19. p. 63. in altero (†) veterum librorum scriptu-

[(*) Vana fuit Ruhnkenii spes. Utriusque Oratoris historiam inchoavit Taylorus, neutrius absolutam reliquit. Prodidit tamen Reiskius, Or. Graec. Vol. VIII, p. 696—771. *Excerpta e Taylora schedis de Demosthenis et Aeschinis Codicibus MSSis et Editionibus, Vita, fortunae, rebus, gestis, orationibus, caet.* quibus fere materia continetur, futuro editori et Vitarum Demosthenis Aeschinisque scriptori haud spernenda, ceteroquin ad modum Adversariorum undique congesta, non item ad accuratae descriptionis legem exacta. De Demosthene quidem, ne ex veteribus Plutarchum excitemus, nuper vernaculo sermone egit A. G. BECKERUS, in libro, diligenti utique et probabili ratione scripto, cui titulus: *Demosthenes als Staatsmann und Redner, Halle und Leipzig 1815.*]

[(†) Quae sequuntur hinc usque ad verba *exaudire non potuisse*, infra p. 345, vs. 7. omnia nuac inserenda curavimus ex Annot. ad Rutil. Lup. I, c.]

Fa haec est: *Quid a me saepius his verbis de meo officio requiris? Scripsisti, ut servis libertas detur. Scripsisti, ne liberi servitutem experirentur. Scripsisti, ut exules restituerentur. Scripsisti, ut ne quis exilio afficeretur. Leges igitur, quae prohibebant haec, non negleabas? Non poteram, propterea quod literis earum arma Macedonum opposita obsistebant. Ex qua lectione, quaecumque in partem te cogitatione converteris, nullam unquam sententiam elicies? Quid igitur? Libris nil juvantibus, remedium a divinando arte petendum. Ac poteram hoc loco, si Criticos quosdam imitari vellem, ingenium iactare, et me ipse vatem optimum perhibere. Sed, quoniam his scribendis non tam gloriola, quam utilitas publica quaeritur, simpliciter dico, sic emendandum esse: — Scripsisti, ut servis libertas detur? Scripsi, ne liberi servitutem experirentur. Scripsisti, ut exules restituerentur? Scripsi, ut ne quis exilio afficeretur. Leges igitur, quae prohibebant haec, nonne legebas? Non poteram, propterea quod literis earum arma Macedonum opposita obsistebant. Fractis Atheniensium opibus clade Chaeronensi, rogante Hyperide, psephisma factum est, cujus legitima verba, a Lycurgo adv. Leocrat. p. 113. conservata, huc referamus: τὸς μὲν δούλους, ἐλευθέρους, τοὺς δὲ ξένους, Ἀθηναίους, τοὺς δ' ἀτίμους, ἐπίτιμους εἶναι. Adde Apsinem Art. Rhet. p. 687. Hoc decretum, veluti contra leges scriptum, vehementer exagitavit molestus illorum temporum accusator, Aristogiton. Demosthen. adv. Aristogit. II. p. 502. ὅτε γὰρ Ἵπερίδης ἔγραψε — εἶναι τοὺς ἀτίμους ἐπίτιμους, — τούτου τοῦ ψήφου.*

Φίσματος γραφῆν παρανόμων ἀπενέγκας ἠγωνίζετο ἐν τῷ δικαστηρίῳ. Vide Pseudo-Plutarchum de Vit. X. Orat. p. 849. A. et Photium Cod. CCLXVI. p. 1449. Hyperides illud defendit *oratione adversus Aristogitonem*, quam saepe laudant veteres Grammatici, in his Scholiastes MS. ad Platonis Phileb. p. 74. B. Μὴ κινεῖν κανὼν εὖ κείμενον, ἐπὶ τῶν ἑαυτοῖς ἐξ ἀνοίας πράγματα ἐχειρόντων. ταύτης μέμνηται καὶ Ὑπερείδης ὁ ῥήτωρ ἐν τῷ πρὸς Ἀριστογείτονα. Καὶ οὐδὲ ἐν τῆς παροιμίας δύνασαι μανθάνειν, τὸ μὴ κινεῖν κανὼν εὖ κείμενον. Ex hac oratione sumtum est fragmentum, quod Rutilius habet. Aristogiton ex Hyperide quaerit: *Scriptisti*, etc. cui Hyperides statim respondet ex conjectura nostra: *Scripti*, etc. Haec universim annotasse sufficiat. Nunc emendationis nostrae sigillatim rationem reddamus. Primum ex libris antiquis rescripsimus *deur*, quod R. Stephanus, ut reliquis temporibus congrueret, in *daretur* mutarat. De qua temporum commutatione diximus ad Rutil. I. 13. p. 45. Tum *non neglegebas* Jac. Tollius ad Longin. II. γ. XV. p. 118. legendum conjiciebat, *non legebas?* Recte. Nos tamen proprius ad corruptae lectionis vestigia, *nonne legebas?* Denique vere emendavimus: *quod literis earum arma Macedonum opposita obficebant.* Verbum *obficere* quam proprium sit in tali re, nemo ignorat. *Opposita* nobis aliquando otiosum, et ab explanatore invectum videbatur. Sed nihil movendum. Cicero de N. D. II. 40. *Luna subjecta atque opposita Soli, radios ejus et lumen obscurat.* Ultima fragmenti verba Graece sunt apud Pseudo-Plutarchum et Photium l. c. αἰτιαμένων δὲ αὐτὸν οὐκ ὀλίγων, ὡς πολλοῦς

τοὺς τῶν νόμων ἐν τῷ ψήφισματι παριδόντα, ἐπεσκότει
 (obscurabant) γὰρ μοι τὰ Μακεδόνων, ἔλεγεν, ὄπλα. καί,
 οὐκ ἐγὼ μᾶλλον τὸ ψήφισμα, ἀλλ' ἡ ἐν Χαιρωνείᾳ μάχη
 ἔγραψε. Posterius dictum etiam Longinus l. c. lau-
 dat. Priori non dissimile illud C. Marii apud Valer.
 Max. V. 2. 8. et Plutarch. in ejus vita p. 421. E.
*inter armorum strepitum verba se juris civilis exaudire
 non potuisse.* — Ex oratione, qua Hyperides laudavit,
 qui in bello Lamiaco perierant, bene longum et prae-
 clarum fragmentum superest apud Stobaeum Serm.
 CXXIII. p. 618. inde repetitum a Tayloro Lect. Lys.
 c. III. cui in transcurso medicinam faciamus: τοὺς
 ταῖς τιμαῖς τῶν θεῶν καταλυόμεναις βοηθήσαντας, πλεί-
 στης εὐδαιμονίας ὑπὸ τοῦ δαιμονίου τυγχάνειν. Legen-
 dum: — πλείστης κηδεμονίας ὑπὸ τοῦ δαιμονίου τυγχά-
 νειν. Quod Gesnerus in MS. reperit ἐπιμελείας, est
 explicatio vocis, quam reposuimus. — Nobilis in-
 primis est ejus *Δηλιακός*, e quo duo luculenta frag-
 menta conservavit Sopater in Hermogen. p. 183.
 et Scholiastes anonymus in eundem p. 389. inde re-
 lata ab Is. Casaubono ad Athen. X. 6. Alterum
 eorum sic legitur apud Joannem Siceliotam Com-
 mentario MS. in Hermogenem: *Λέγεται γὰρ τὴν
 Λητῶ κύουσαν ἐκ Διὸς, ἐλαύνεσθαι ὑπὸ τῆς Ἡρας κατὰ
 πᾶσαν γῆν τε καὶ θάλασσαν ζηλοτουπούσης. ἤδη δὲ αὐτὴν
 ἡ ὠδὶς καταλαβοῦσα, εἰς τὴν ἡμετέραν χώραν λῦσαι τὴν
 ζώνην ἀνθ' ὧν νῦν ὁ Ζωστήρ ἀπὸ δεκατικοῦ. ἔπειτα εἰς
 Δῆλον διαβάσαν διδύμους τεκεῖν, Ἄρτεμιν τε καὶ Ἀπόλ-
 λωνα, τοὺς θεούς.* ubi scribendum: ἀνθ' ὧν νῦν ὁ Ζω-
 στήρ ἀπὸ τοῦδε καλεῖται. Vid. Stephan. Byz. v. Ζω-
 στήρ. Apud Plutarchum de Glor. Atheniens. p. 359.

B. Hyperidi tribuitur Πλαταϊκός, quae Isocratis est oratio: sed assentiar eruditissimo Valckenario, Δηλιακός reponenti. Ejusdem oratoris Κυβιακός laudatur a Suida v. Θυράκλειον, cujus quale argumentum fuerit, nondum licuit indagare. Eum orationis titulum Valesius in Maussac. not. ad Harpocrat. p. 338. restituendum putabat in Schol. Aristoph. ad Av. 881. ubi vulgo legitur, Ἱπερίδης ἐν τῷ Χαλκῷ. Sed melior est altera conjectura et ipsius Valesii, et aliorum, ἐν τῷ Δηλιακῷ. Immo suspectum habeam titulum Κυβιακός, dum alterius scriptoris auctoritate confirmetur. Hyperidis et Euripidis nomen librarii non semel commutarunt. Aristotel. Rhetor. II. p. 345. Διὸ εὖ ἔχει ἢ τοῦ Εὐριπίδου ἀπόκρισις πρὸς Συρακουσίους. Ipsum responsum, ut notum illo tempore, Aristoteles praetermisit, sed, quale fuerit, explicat Scholiastes: Εὐριπίδης πρὸς τοὺς Συρακουσίους πρεσβυῖς ἀπεσταλτοῖς, καὶ περὶ εἰρήνης καὶ Φιλίας δεόμενος, ὡς ἐκεῖνοι ἀνέγνουν, εἶπεν· ἔδει, ἄνδρες Συρακούσιοι, εἰ καὶ δὴ οὐδὲν ἄλλο, ἀλλάγε διὰ τὸ ἄρτι ὑμῶν δέεσθαι, αἰσχύνεσθαι ἡμᾶς ὡς θαυμάζοντας. Quod Graeculus iste non finxisse, ut Victorius putat, sed ex vetustis commentariis, ut alia quaedam, hausisse videtur. Sed pro Εὐριπίδης legendum Ἱπερίδης. Nam Hyperides varias pro republica legationes suscepit, non Euripides. De legatione ad Eleos vide Pausan. V. p. 431. et Pseudo-Plutarch. 1. c. p. 350. A. de legatione ad Rhodios, Pseudo-Plutarch. ibid. Hic τὸν Ῥοδιακὸν habuit, quem unus memorat Grammaticus Sangermanensis MS. Προπεσεῖν, προπετῶς τι ποιῆσαι. Ἱπερίδης Ῥοδιακῷ.

LYCURGI vitam quam erudite enarravit Taylorus in praefatione ad editam a se Lycurgi adv. Leocrat. orationem (*), nemo nescit. Addamus insignem, qui ejus diligentiam effugit, Hyperidis de Lycurgo locum apud Apsinem Art. Rhetor. p. 708. κέχρηται τούτῳ καὶ Ἱππείδης ὑπὲρ Λυκούργου λέγων· Τίνα φήσουσιν οἱ περιόντες αὐτοῦ τὸν τάφον; οὗτος ἐβίω μὲν σωφρόνως, ταχθεὶς δὲ ἐπὶ τῇ διοικήσει τῶν χρημάτων, εὖρε πόρους, φιλοδόμησε δὲ τὸ θέατρον, τὸ ᾧδεῖον, νεάρια, τριήρεις, ἐποίησατο λιμένας, τοῦτον ἢ πόλις ἡμῶν ἤτιμασε, καὶ τοὺς παῖδας ἔδισεν αὐτοῦ.

DINARCHI (†) nomen, leviter in DIARCHI corruptum, Rutilio Lupo I. 14. restituimus. Nec ullum nobis dubium est, quin II. 20. DINARCHI legendum sit, ubi vulgatur TIMARCHI. Nam Timarchus orator ne fando quidem auditus. At in oratorum numerum refertur a Jo. Taylora V. Cl. ad Aeschin. contra Timarch. p. 84. Videamus, quibus argumentis nitatur. Primum laudat Rutilii locum. Sed in hoc, post emendationem nostram, nihil praesidii. Deinde affert hoc Longini fragmentum: Κορωνίς δ' ἔστω λόγου παντὸς καὶ φρονήματος Ἑλληνικοῦ Δημο-

[(*) Quae repetita est in Reiskii Oratoribus Graecis, Vol. IV, p. 105—128. Ceterum haec de Lycurgo supplementum ex Annot. ad Rutil. Lup. I. 2. p. 10. quaecumque jungatur altera ad II. 4. p. 84.]

[†] De Dinarchio sparsim disputata ad Rutil. II. 5. p. 88. et 16. p. 126. conjunctim h. l. repetere operae pretium duximus, non nisi paucis verbis, ubi aliter fieri non poterat, vel additis, vel leviter immutatis.]

μασθένης, Λυσίας, Αίσχίνης, Ἀριστείδης, Ἰσαῖος, Τιμαρχος, Ἰσοκράτης, Δημοσθένης ὁ κρήνιος, Ξενοφῶν, πρὸς τοῦτοις Παῦλος ὁ Ταρσεὺς, ὃν τινα καὶ πρῶτόν Φημι πρῶστάμενον δόγματος ἀναποδείκτου. Enimvero male sit librariis, qui virum eruditissimum tam proterve luserunt. Nam fragmentum illud ita scribendum: Κορωνίς δ' ἔστω λόγου παντὸς καὶ Φρονήματος Ἑλληνικοῦ Δημοσθένης, Λυσίας, Αἰσχίνης, Ἰππερίδης, Ἰσαῖος, Δείναρχος, Δημοσθένης ὁ κρήνιος, Ἰσοκράτης, Ἀντιφῶν. *Dinarcho* cognomen fuit Δημοσθένης ὁ κρήνιος. *Hermogenes* de Form. orat. II. p. 495. ὥστ' ἤδη τινές, καὶ προσπαῖζοντες, Δείναρχον οὐκ ἀχαρίτως κρήνιον Δημοσθένην εἰρήκασι. ubi vide Scholiastem. Eundem etiam ἄγροικον Δημοσθένην vocatum esse, tradit *Dionysius Halic.* in *Dinarch.* p. 115. Graecorum imitatione *M. Coelius* apud *Sueton.* de *Rhetor.* 2. *L. Plotium*, subiratio nomine, *ordearium* rhetorem appellavit, deridens, ut inflatum, ac leyem, et sordidum, ubi ad eundem *Is. Casaubonus.* Pauli mentio ab hominis Christiani fraude accessit, ut bene iudicat *Fabricius Bibl. Gr. Vol. IV.* p. 445. Sed, ut ad *Rutilium* redamus, tertius ejusdem locus est II. 5: *ita ut fecit DIVES AVARUS: In villa aedem fecit Fortunae. caet.* Vides ulcus teterrimum, ad quod sanandum *R. Stephanus* homines eruditos stellula apposita invitavit. Nos illud nec urendo, nec secando, sed blanda medicina adhibenda ita curamus: *ita ut fecit DINARCHUS: In villa, caet.* quamquam illi hac quoque ratione succurri posse videtur: *ita ut fecit DINARCHUS: Dives avarus in villa aedem fecit Fortunae.* De *divite avaro* agi, satis liquet. Ac potuit nomen *Dinarchus*

similitudine literarum, quae est in *dives avarus*, facile absorberi. Sed prior ratio praeferranda videtur. Denique idem Rutilius, ubi de antitheto egit, II. 16. hoc Dinarchi fragmentum Latine servavit: *Olim in adolescentia sedulo omnem gloriam sectabar: at nunc in senectute summum me ambitionum invasit odium. Tunc facile multis opitulabar: nunc jam me ipsum tueri vix possum. Tum mihi beatissimus videbar, si quam plurimis benigne fecissem: nunc contra vereor, ne quid mihi desit ad necessarium aetatis meae cultum. Tunc ego ipse pro republica fortiter arma capiebam: nunc praeterquam laudare eos, qui rempublicam armati defendunt, nihil valeo.* Si verum est, quod tradunt Dionys. Halic. in Dinareho p. 113. et Pseudo-Plutarch. de Vit. X. Orat. p. 850. D. Dinarchum unam tantum orationem *κατὰ Προξένου βλάβης* suo nomine publice habuisse, quin inde ductus hic locus sit, non potest dubitari. Huc accedit, quod iidem scriptores testantur, hanc orationem a Dinarcho habitam esse octogenario. Atqui senectutis suae in hoc fragmento mentionem facit; ut tanto minus ea de re ambigendum videatur.

DE MADIS *nulla extare scripta*, dicunt Cicero l. c. et Quinctilian. II. 17. p. 105. XII. 10. p. 629. Sed legit ejus orationes Tzetzes, vel potius Rhetor antiquus, quem ille compilavit, Chil. VI. 36. 37. Immo superstitem habemus partem Orationis *ὑπὲρ τῆς δωδεκαετίας*, quam ipsam memorat Suidas v. *Δημάδης*. Adscribamus illum locum, quo nullus in Suida neque corruptior est, neque difficilior ad emendandum: *Δημάδης, Ἀθηναῖος, ῥήτωρ καὶ δημαγωγὸς πανούργος καὶ εὐ-*

τυχής (*)· πρότερον ναύτης ὢν. ἔγραψεν ἀπολογισμὸν περὶ
 Ὀλυμπιάδα τῆς ἑαυτοῦ δωδεκαετίας, ἱστορίαν περὶ Δήλου,
 καὶ τῆς γενέσεως τῶν τῆς Λητοῦς παίδων. οὗτος κατέλυσε
 τὰ δικαστήρια καὶ τοὺς ῥητορικοὺς ἀγῶνας. τελευτᾷ δὲ ἐπὶ
 Ἀντιπάτρου. Quae vitiata sunt, sic corrigenda, quae
 luxata, sic locis suis reponenda: Δημάδης, Ἀθηναῖος,
 ῥήτωρ καὶ δημαγωγὸς πανούργος καὶ εὐφυής· πρότερον
 ναύτης ὢν. ἔγραψεν ἀπολογισμὸν περὶ τῆς ἑαυτοῦ δωδε-
 καετίας, ἱστορίαν περὶ Δήλου, καὶ τῆς γενέσεως τῶν τῆς
 Λητοῦς παίδων. τελευτᾷ δὲ κατ' Ὀλυμπιάδα ριε. ἐπὶ
 Ἀντιπάτρου, ὃς κατέλυσε τὰ δικαστήρια καὶ τοὺς ῥητο-
 ρικοὺς ἀγῶνας, καὶ μετ' Ἀλέξανδρον βασιλεύσας, Θή-
 βας ἀνέστησε. Nunc, age, singularum mutationum
 rationem reddamus, et locum paucis illustremus. Εὐ-
 φυής apud Atticos significat *dicacem, facetum*. Gram-
 maticus MS. in Bibl. Reg. Εὐφυής καὶ εὐμαθής διαφέ-
 ρει. εὐμαθής μὲν, ὁ καλῶς μανθάνων. εὐφυής δὲ, ὁ παν-
 οὔργος καὶ σκώπτης. Sic etiam Ammonius, ubi Vale-
 ckenarius VI. C. docte explicuit hanc vocis potesta-
 tem. Plutarch. Demosth. p. 857. D. οἱ δ' εὐφυνεῖς
 κλειάζοντες, οὐχ ὑπὸ κινάγχης ἔφραζον, ἀλλ' ὑπ' ἀρ-
 γυράγχης εἰλήφθαι νύκτωρ τὸν δημαγωγόν. Atqui inter
 illos εὐφυνεῖς Demadem fuisse, tradit Pollux VII. 104.
 Cicero quoque Orat. 26. Demadem *praeter ceteros*
oratores facetum dicit: idque satis ostendunt multa
 ejus dicta, quam passim commemorantur. *Nauta* ab
 aliis etiam scriptoribus Demades vocatur: *ἰχθυοπώλης*
 a Proclo Prolegomenis ineditis in Hesiodum. Vσ-

ceui

[(*) Laudat Toupius Damasc. apud Phot. p. 1029.
 Εἶσθ' μὲν Ἀ. εὐφυνεῖς τε καὶ εὐτυχεῖς διειροπολεῖσθαι
 postea ἐν τρεχέει.]

cem Ὀλυμπιάδα, quam Interpretes ridicule de Alexandri matre acceperunt, in sedem suam revocavimus, adjecimusque numeros ριε. Nam Diodor. Sicul. XVIII. p. 293. Demadis mortem refert ad Olymp. CXV. 2. Ut vero Demades orationem, qua rerum per duodecim annos a se gestarum rationem reddidit, *περὶ τῆς δωδεκαετίας* inscripsit, sic Demetrius Phalereus, teste Diogene Laërt. V. 81. librum scripsit *περὶ τῆς δεκαετίας*, quò non decennalem Trojæ obsidionem enarravit, ut inepte conjicit Menagius, sed rationem reddidit decem annorum, quibus ipse reipublicae praefuerat summa cum auctoritate. *Historiam Deli* praeter rem Demadi tribui, bene judicat Fabricius Bibl. Gr. Vol. IV. p. 421. Non autem Demades judicia et Oratorum certamina sustulit, sed Antipater post proelium ad Cranonem. Itaque verba, *ὅς κατέλυσε* etc. ad Antipatrum translulimus. Ultima verba, *καὶ μετ' Ἀλέξανδρον* etc. huc e sequenti articulo revocanda esse, viderat etiam doctissimus Kusterus. Hactenus de Suidae loco. Demades etiam attigit Harpalicam pecuniam. Dinarch. c. Demosth. p. 101. et c. Aristogit. p. 106. Euthycratem, Olynthium, ab Atheniensibus infamia notatum, in integrum restituit, et publicum hospitem fecit. Suid. v. *Δημάδης*. Quod ejus decretum Polyuctus oppugnavit oratione, quae laudatur ab Apsine Art. Rhet. p. 707. Cum Phocione de urbe tradenda Antipatro consensit. Nepos Phocion. 2. et ibi Lambinus. Filium, eximia forma praeditum, Philippo ad turpes voluptates reliquit. Scholiast. in Hermogen. p. 356. et Suid. in v. Mores hominis

et formam ita describit Pytheas apud Athen. II. p. 44. *F. ὁ δὲ πορνοβοσκῶν καὶ μεθυσκόμενος, κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκάστην προβάστωρ ἡμῖν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἀνακυκλεῖται.* Plura de eo Fabricius l. c.

Nunc reliquos hujus aetatis Oratores, a Cicerone praetermissos, enumeremus.

ANDROTION, Andronis, forte ejus, quem Harpocration unum ex Quadringentis fuisse scribit, filius, Isocratis discipulus. Suid. in v. Contra hunc extat Demosthenis oratio, quam, quod sibi cum Isocratis discipulo certandum esset, summa arte elaboravit. Scholiast. in Hermogen. p. 401. *ἔπετῆδεν ὁ Δημοσθένης κεκαλλωπισμένον ἐργάσασθαι τὸν κατ' Ἀνδροτίωνος, ἀντιφιλοτιμούμενος πρὸς Ἰσοκράτην (leg. Ἰσοκράτειον) ῥήτορα παρίσοις ἐπιχρώμενον κατὰ ζῆλον τοῦ διδασκάλου.* Vide Taylorum ad init. Androtianae. Laudat Androtionem Aristoteles Rhetor. III. p. 583. Ad hunc Jonsius de Script. H. Ph. II. 9. p. 159. refert Ἀτθίδα, cujus auctor nobis ab oratore diversus videtur.

CYDIAS. Ejus oratio *περὶ τῆς Σάμου κληρουχίας* laudatur ab Aristotele Rhetor. II. p. 348. Ex orationis argumento colligi potest, quando Cydias vixerit. Nam Philochorus apud Dionys. Halic. in Dinarcho p. 118. auctor est, colonos in Samum missos esse, Archonte Aristodemo, Olymp. CVII. 1. Vide Vales. ad Harpocrat. p. III. et Corsin. Fast. Att. T. IV. p. 27.

AESION, Demosthenis condiscipulus. Suid. v. *Δημοσθένης.* Hic de superioris et sui temporis Oratoribus quid sentiret, rogatus, respondit: *ὡς ἀκούων μὲν*

ἂν τις ἐθαύμασεν ἐκείνους εὐκόσμως καὶ μεγαλοπρεπῶς τῷ δήμῳ διαλεγομένους· ἀναγινωσκόμενοι δ' οἱ Δημοσθένους λόγοι, πολὺ τῆ κατασκευῆ καὶ δυνάμει διαφέρουσι. Sic ex Hermippo narrat Plutarch. Demosth. p. 851. A. Demosthenem ipsum de se et Callistrato eodem modo judicasse, tradit Ulpianus in Demosth. c. Timocr. p. 822. Laudat Aesionem Aristoteles Rhetor. III. p. 650. Vide Jonsium de Script. H. Ph. I. 7. p. 36.

PHILINUS, Nicostrati filius, si modo idem est, cujus mentionem facit Demosthenes adv. Mid. p. 144. Tres ejus orationes laudat Harpocration. Prima est πρὸς Αἰσχύλου, Σοφοκλέους καὶ Εὐριπίδου εἰδικίας, v. Θεωρικὰ, opposita decreto Lycurgi, ut his Tragicis statuæ ex aere ponerentur; quod bene vidit magnus Valesius ad Not. Maussac. in Harpocrat. p. 290. Altera κατὰ Δωροθέου, ab aliis Hype- ridi tributa. Harpocrat. v. Ἐπι κάρβου. Tertia Κροκωνιδῶν διαδικασία πρὸς Κειρωνίδας, ab aliis tributa Lycurgo. Harpocrat. v. Κειρωνίδαι. Eam, ut Philini, laudat Athenaeus X. p. 425. B. ubi vide Is. Casaubonum; eodemque haec pertinent in Lexico Rhetorico MS. Κορωνιάδαι. γένος Ἀθήνησιν ἱερὸν ἀπὸ Κάνωνος, ὃς ἦν ἀδελφὸς Κόρωνος. καὶ Κορωνίδαι, γένος ἱερὸν Ἀθήνησιν. ἀμφοτέροι δ' ἦσαν παῖδες Τριπτολέμου. Quae sic corrigenda ex Harpocrate: Κορωνίδαι. γένος Ἀθήνησιν ἱερὸν ἀπὸ Κείρωνος, ὃς ἦν ἀδελφὸς Κρόκωνος, καὶ Κροκωνίδαι, etc. Male apud Suidam Κυρωνίδαι, nec bene apud Athenaeum Κροκωνιδῶν. Grammaticus vetus de scriptorum furtis apud Clement. Alexandr. Strom. VI. p. 748. Philinum aliquid a Demosthene

sumsisse dicit. Ex quo Valesius aliud argumentum capere poterat contra Maussacum, qui illum Antiphontis aequalem statuebat.

ARISTOGITON. Hunc non ex articulo quodam, sed totum cognoscere licet ex Demosthenis et Dinarchi adversus eum orationibus, quae supersunt. Vide Maussac. ad Harpocrat. v. *Αυτόκλειδης*, Valesium in Maussac. not. p. 254. Taylor. ad Demosth. c. Aristogit. p. 510. et ad Aeschin. c. Timarch. p. 83.

HEGEMON, Orator ex illorum numero, qui nullis literis eruditi ad eloquentiam exercendam venerint, de quibus insignis locus est Syriani in Hermogen. p. 16. *ὡςπερ τινες καὶ τὴν ὅλην ῥητορικὴν τέχνην οὐ βούλονται, (τέχνην εἶναι) ἀλλ' ἐμπειρίαν, ἀπὸ τῆς τῶν μεταχειρισσαμένων ἀπαιδευσίας ὠρμημένοι (leg. ὠρμημένην (*)), οἷον Δημάδου τοῦ ἀπὸ τῆς κόπτης ἀνίπτοις τὸ τοῦ λόγου χερσὶν ἐπὶ τὸ βῆμα πηδήσαντος, καὶ Ἡγήμωνος, καὶ Πυθέου, καὶ Ἀριστογείτονος.* Hegemonem non tam oratorem, quam sycophantam fuisse, dicit Troilus Sophista Prolegom. in Aphthon. p. 596. Bibl. Coisl. *ἡ ῥητορικὴ ἀντίστροφος τῇ συκοφαντικῇ, ἧς ἠγῆσαντο Ἀριστογείτων καὶ Ἡγήμων. ἡ ἀντίστροφος τῇ κολακευτικῇ, ἧς ἠγῆσαντο Δημάδης καὶ Ἀριστοδῆμος.* ubi *Hegemonis* nomen, quod e Codice, quo usus est Montfauconius, exciderat, restituimus ex versione horum Prolegomenorum, facta ab Hilarione Monacho Veronensi, quae sub titulo *Hermogenis Rhetorices compendium* reperitur inter Rhetores Latinos Aldi-

[(*) Non probat Toupius, laudans Theod. Metochit. p. 16. ed. Meurs. Suid. v. *Ἀντικείμενα.*]

diños, p. 152. Hegemon, Philippi muneribus corruptus, Macedonum partibus favit. Pseudo-Aeschines Ep. XII. p. 746. Liban. Tom. I. p. 471. B. et Harpoerat. in v. Majestatis accusatus est ab Aristogitone. Demosthen. Or. I. adv. Aristogit. p. 481. Tulit legem de cura pecuniae theatralis scribae committenda. Aeschines c. Ctesiph. p. 375. et ibi Taylor. Praeteritus est a populo, cum deligendus esset, qui orationem funebrem haberet. Demosth. de Cor. p. 577. Periit denique una cum amico suo, Phocione. Plutarch. Phoc. p. 757. C. 758. B.

APHAREUS, Isocratis privignus, et per adoptionem filius, orationes quasdam scripsit. Pseudo-Plutarch. p. 838. B. et Suid. in v. Ejus orationem πρὸς Μεγακλειδὴν περὶ τῆς ἀντιδόσεως laudat Dionys. Halic. in Isocrat. p. 102.

MENESAECHMUS, acerbus et vehemens aliorum se meliorum accusator, qui non modo Lycurgum, sed etiam ejusdem mortui liberos vexavit. Pseudo-Plutarch. l. c. p. 842. D. E. et Photius l. c. p. 1486. Joannes Siceliota Commentario MS. in Hermodem. Ἔθεν (Δημοσθένης) καὶ τῶ δῆμῳ γράφει τὰς ἐπιτολάς, συκοφαντούμενοις τοῖς Λυκούργου τοῦ ῥήτορος πασιν ὑπὸ Μενησαίχμου προθύμως ἐπικουρῶν. Ipse etiam a Lycurgo accusatus est. Pseudo-Plutarch. l. c. p. 843. C. Porro memoratur inter eos, qui Demosthenem propter acceptam pecuniam Harpalicantium egerint. Pseudo-Plutarch. l. c. p. 846. C. Sed, qualis fuerit, melius intelligitur ex Dionysio Halic. in Dinarcho p. 117. ἀφαιρούμαι δὲ τοὺς περὶ Μενησαίχμου λόγους ἀμφοτέρους, Δεινάρχου. — διὰ τε

τὸν χαρακτῆρα ὑδαρῆς γὰρ, καὶ κεχυμένος, καὶ ψυχρὸς, καὶ ὅτι λέγων αὐτὸς ὦν οὔτε ἄδοξος, καὶ μετὰ Λυκοῦργου τὴν διοίκησιν τῶν δημοσίων χρημάτων παραλαβὼν, ἐξητασμένος δὲ πολλάκις αὐτὸς, ὡς ἐν τοῖς λόγοις περὶ ἀπάντων μὴνύει καὶ ἐν ἰδίοις καὶ ἐν δημοσίοις ἀγῶσιν οὐκ ἂν ἦν ἀδύνατος, ὥστε Δεινάρχῳ λογογραφεῖ χρῆσθαι. ubi legendum esse ὑπὲρ Μενεσαίχμου, contextus docet. Recte vero Dionysius negat, Dinarchum *pro Menesaechemo* orationes scripsisse. Nam a Suida v. Πραγματεία laudatur Dinarchi oratio *contra Menesaechemum*.

HEGESIPPUS. Huic Aeschines Κραβύλου cognomen per ludibrium indidit, ex quo illud annotarunt Grammatici, Harpocraton, Hesychius, Suidas, et, ut legitimum cognomen, tenuit Plutarchus (*). In republica Hegesippus eodem, quo Demosthenes, sensu fuit. Liban. Tom. I. p. 461. A. auctor societatis cum Phocensibus ineundae. Demosthen. de fals. legat. p. 139. 140. et Aeschines c. Ctesiph. p. 409. ubi vide Taylor. item auctor belli Philippo indicendi. Demosthen. de Cor. p. 496. Itaque in legatione Macedonica contumeliose habitus a Philippo est. Demosthen. de fals. legat. p. 231. Obiit etiam legationem ad Peloponnesios. Demosthen. Phil. III. p. 95. A. Timarchum, ab Aeschine accusatum, defendit. Aeschin. c. Timarch. p. 37. Callippum accusavit. Liban. argum. orat. de Haloneso. Criti-

[(*) Et alibi, et in Demosth. loco infra a Rubnken. alato, ad quem de eo notavit Phil. Bartonus in Edit. Vitt. Demosth. et Cicer. p. 192. monente Cl. Wytenbachio in Ann. ad Sel. Princ. Hist. Gr. Supplem. p. 460.]

tici veteres ei tribuunt duas Demosthenis orationes, alteram *de Haloneso*, alteram *de foedere cum Alexandro*. Vide Meursium Att. Lect. III. 7. Acuta ejus dicta refert Plutarchus Demosth. p. 853. E. et Apophthegm. p. 187. D.

MOEROCLES, Salaminius, nobilis inprimis demagogus. Harpocrat. in v. Saepe pro *Μοιροκλῆς* scriptum reperitur *Μυροκλῆς*. Nec multum referre putat Wolfius ad Demosth. de fals. legat. p. 218. utro modo scribatur. Sed veram scripturam esse *Μοιροκλῆς*, docent Victorius ad Aristotel. Rhetor. III. p. 649. et Meursius Att. Lect. I. 13. (*). Moeroclis decretum adversus eos, qui mercatores injuria afficerent, memorat Demosthen. c. Theocrin. p. 547. ubi vide Taylor. Accusatus est ab Eubulo, quod a singulis eorum, qui metalla redemerant, vicenas drachmas exegisset. Demosthen. de fals. legat. p. 218. In republica gerenda meliorum partium fuit. Liban. Tom. I. p. 406. B. Itaque Antipater vel Alexander postulavit, ut sibi cum aliis demagogis dederetur. Vide quae infra dicenda erunt, p. 365. Laudatur ab Aristotele Rhetor. 1. c. Praeclare H. Valesius ad Harpocrat. p. 129. ejus nomen restituit Timocli apud Athen. VIII. p. 341. F.

Δημοσθένης τάλαντα πενήκοντ' ἔχει,

Μακάριος εἴπερ μεταδίδασι μίδενι.

Καὶ Μοιροκλῆς εἴληφε χρυσίου πολὺ.

Απ-

[(*) Probante Cl. Wyttenbachio ad Plutarchi locum in Demosth. in Sel. Princ. Hist. Gr. Ann. p. 425.]

Ante legebatur *Μητροκλῆς*. Eiusdem nomen corruptum latet in Pseudo-Plutarcho l. c. p. 842. D. ἀποθανόντος δὲ (Λυκούργου) παρέδωκαν τοὺς παῖδας τοῖς ἑνδεκά, Μενεσείχμου μὲν κατηγορήσαντος, γραφικέμου δὲ Θρασυκλέους. Sic etiam in Plutarcho legit Photius l. c. p. 1486. ut intelligatur, non recens natum, sed inveteratum mendum esse. Lege: — γραφικέμου δὲ Μοιροκλέους. Nam Moerocles Lycurgi liberos in carcerem coniecit. Demosthen. Ep. III. p. 197. E. εἰ δὲ Μοιροκλῆς ἀποκρίνεται, ταῦτα μὲν σαφέτερα ἢ καθ' ἑαυτὸν εἶναι· ἵνα δὲ μὴ ἀποδρῶσιν, αὐτὸς αὐτοὺς δῆσαι. etc. Thrasyacles, Pylagoras, est apud Aeschin. c. Ctesiph. p. 408.

POLYEUCTI. Duo hoc nomine Oratores fuerunt. Primus est, qui orationem, ab alio in Socratem scriptam, recitavit. Phavorinus apud Diogen. Laërt. II. 38. ubi Menagius male intelligit Polyuctum Sphettium. Contra hunc orationem scripsit Antiphon, Grammaticus Sangermanensis MS. Ἀναδέξαι, οἶον ἐγγυῆσαι. Ἀντιφῶν πρὸς Πολύευκτον, Δεισιλόγος Ἀλδαία. Alter, multo clarior, est Sphettius, dissensens ille quidem in causa Midiana a Demosthene, ut patet ex Midiana p. 137. sed in republica gerenda Demosthenis rationem ita secutus, ut ille conjunctionem haberet neminem. Pseudo-Plutarch. l. c. p. 844. F. et Liban. T. 1. p. 409. B. 422. A. Cum Demosthene et aliis legatus missus est in Peloponnesum. Demosthen. Phil. III. p. 95. A. et Pseudo-Plutarch. l. c. p. 841. E. Aliquanto post aliam ad Arcadas legationem suscepit. Pseudo-Plutarch. l. c. p. 846. C. Crimen auri ab Harpalo accepti in eum jactit
Di-

Dinarchus c. Demosth. p. 103. ejus non unam adversus illum orationem Grammatici laudant. Corporis obesitatem, quae dicentem impediret, in eo risit Phocion. Plutarch. Phoc. p. 746. A. Luxuriam notat Anaxandrides apud Athen. IV. p. 166. D. Ejus de Demosthene et Phocione judicium hoc fuit: μέγιστος μὲν ῥήτωρ Δημοσθένης, δυνατώτατος δὲ εἰπεῖν Φωκίων. Plutarch. Demosth. p. 850. D. Phoc. p. 753. F. Polit. praec. p. 803. E. Judicium de Aeschine, quod Photius Cod. LXI. p. 62. ad Dionysium Sophistam refert, Tzetzes Scholiis MSS. in Hermogenem tribuit Polyucto, haud dubie duo diversa judicia confundens. Orationes Polyucti laudantur ab Aristotele Rhetor. III. p. 749. et Diog. Laërt. VI. 23. Elegans imprimis, quamvis aliquot mendis deformatum, ex oratione *contra Demadem* fragmentum est apud Apsinem Art. Rhet. p. 708. Τί γὰρ σχῆμα ἔξει; τὴν ἀσπίδα προβέβληται (f. προβεβληκός (*)); ἀλλὰ ταύτην γε ἀπέβαλεν ἐν τῇ μάχῃ τῇ περὶ Χαϊρώνειαν. ἀλλὰ ἀκροστόλιον νεὸς ἔξει; ποίως; ἢ τῆς τοῦ πατρὸς; ἀλλὰ βιβλίον ἐν ᾧ Φάτις καὶ εἰσαγγελίαι ἔσονται γεγραμμέναι; ἀλλὰ νῆ Δία στήσεται προσευχόμενος τοῖς θεοῖς, κακόνους ὦν τῇ πόλει, καὶ τὰ ἐναντία πᾶσιν ἡμῖν εὐχόμενος, ἀλλὰ τοῖς ἐχθροῖς ὑπερετῶν. ubi miretur aliquis, quod Polyuctus dicit, Demadem in proelio Chaeronensi scutum abjecisse. Nam Demosthenem, scuto abjecto, fugisse, Demadem

[(*) Conjecit Reiskius *προβεβλήσεται*, Orat. Graec. Vol. VIII. p. 174.]

dem in acie captum esse, inter omnes scriptores constat.

ΠΥΘΕΑΣ. De hoc Oratore Suidas ita : Πυθέας, Ἀθηναῖος, ῥήτωρ, υἱὸς δὲ ἦν Μυλόθρον, καὶ θρασὺς σφάδρα. Φυγῶν τε Ἀθήνηθεν ἐκ τοῦ δεσποτηρίου διὰ Ἐφλημα, εἰς Μακεδονίαν ἦλθεν. εἶτα ἐπανῆκε πάλιν. Quod de ejus aere alieno dicit, Demosthenes, vel quisquis auctor est Epistolae de Lycurgi liberis, p. 199. D. confirmat, narrans, illum malis artibus tantas sibi divitiás quaevisisse, ut facilius quinque talenta, quam ante totidem drachmas, solvere posset. Eodem loco Suidas : οὐκ ἐνεκρίθη μετὰ τῶν λοιπῶν ῥητόρων, ὡς θρασὺς, καὶ διεσπασμένος, ubi corrigendum : ὡς τραχιὺς, καὶ διεσπασμένος. Nam orationis genus reprehenditur asperum, durum, disfluens, solutum. Nec mirum, Pytheam Atticorum Oratorum numero exclusum esse, quippe qui, ut auctor est Syrianus in Hermogenem p. 16. nullis literarum praesidiis instructus, ad eloquentiam exercendam accesserit. Conciones paene puer habuit, et tantula aetate ausus est divinos honores, quos populus Alexandro decrevisset, reprehendere. Vide Plutarchum Polit. praec. p. 804. B. an seni ger. resp. p. 784. C. Postea summos in republica honores gessit, et patria sacra Delphis pro Atheniensibus fecit, teste Demosthene l. c. A Dinarcho, accusatus est ξενίας, vel peregrinativae, forte propter diuturnam in Macedonia moram; quae Dinarchi oratio laudatur a Dionys. Hal. Harpocrat. et Steph. Byzant. v. Αἰγύπαι, ubi vide L. Holstenium. Hanc accusationem Demosthenes l. c. respicit. A Demosthene Pytheas omni vita dissensit;

et,

et, cum in republica gerenda varius fuisset, tandem Macedonum partes secutus est; quod non solum ex Demosthene l. c. sed etiam ex Plutarcho Demosth. p. 858. C. D. et Luciano Demosth. Encom. p. 524. 526. intelligitur. Demosthenem etiam pecuniae Harpalicae crimine accusavit. Vide Pseudo-Plutarch. de Vit. X. Orat. p. 846. C. et Photium Col. CCLXV. p. 1475. Ex hac oratione fragmentum, quod servavit Rutilius I. II. p. 40, ductum videtur: *Quid contra tot res, tamque evidentes dicere potes, Demosthenes? Cognitum enim est, rempublicam venalem habuisse, cognitum est.* Plura acute et procaciter ab eo dicta referuntur, maxime in oratorum principem. Hunc apud Dionys. Halic. in Isaeo p. 105. Isaei artibus pastum esse dicit: huic apud Plutarchum in Demosth. p. 855. A. et Tzetzem Scholiis MSS. in Hermogenem, quae sunt in Bibl. Leidensi, exprobrat fugam e proelio ad Chaeroneam: hunc propter aquae potationem et nocturnas vigilias ridet apud Athenaeum II. p. 44. F. hujus orationes ei videntur lucernam olere, apud Aelian. V. H. VII. 7. ubi vide Interpretes: hunc denique, ut Duris testatur apud Suid. v. *Ὀὶ τὸ ἱερὸν π.* infamavit tanquam talem, cui non licuerit sacrum ignem sufflare: quod alios de Demochare dixisse, infra demonstrabimus. Improbum se demagogum fuisse, ne ipse quidem negavit; sed, quasi hoc ad crimen minuendum valeret, se, si cum ceteris demagogis comparetur, minimum tempus improbum fuisse. Vide Aelian. V. H. XIV. 28. Duas Pythae orationes laudat Harpocration, *τὴν πρὸς τὴν ἐνδείξιν ἀπολογίαν,*

γλαν, v. Ἀγραφίου τὴν κατὰ Ἀδειμάντου, v. Ὁξυβδ-
 μα, ubi male Ἀδειμάντος vulgatur (*). Tandem
 his omnibus adde locum Plutarchi Phocion. p. 751.
 A. πρὸς δὲ Πυθέαν ἀρχόμενόν ποτὲ πρῶτον ἐντυγχάνειν
 Ἀθηναίοις, ἤδη δὲ λάλου ἔντα καὶ θραστὸν, οὐ σιωπή-
 σεις, ἔφη, καὶ ταῦτα νεώνητος ἂν τῷ δήμῳ;

STRATOCLES, orator, in populiscito apud Pseudo-
 Plutarchum de Vit. X. Orat. p. 852. A. quo Ly-
 curgo summi post mortem honores decreti sunt, Eu-
 thydemi filius, Diomiensis, dicitur. Decretum fa-
 ctum est, rogante Stratocele, qui Lycurgum eximie
 coluit, eique publicae pecuniae quaesturam deferen-
 dam curavit, teste eodem Pseudo-Plutarcho l. c. p.
 841. B. Quid hominem Lycurgo conjunxerit, igno-
 ramus. Certe quidvis potius fuit, quam morum stu-
 diorumque similitudo. Nam ut aetas illa nihil Ly-
 curgo vidit sanctius, sic Stratocele nihil improbius.
 Non tam bene ei convenit cum Demosthene, quem
 ob pecuniam ab Harpalo acceptam publice accusavit.
 Quod intelligimus e Dinarcho in Demosthen. p. 177.
 A. 175. A. et, si per librarios licuisset, etiam in-
 telligeremus e Pseudo-Plutarcho l. c. p. 846. C. et
 Photio Cod. CCLXV. p. 1475. ubi nunc legitur:
 εἰσαχθεὶς δὲ εἰς δικαστήριον ὑπὸ Ὑπερίδου, Πυθέου, Με-
 νεσαίχμου, Ἱμεραίου, Πατροκλέους, vel Προκλέους.
 Sed, propter disertum Dinarchi ea de re testimonium,
 vix dubitari potest, quin scribendum sit Στρατοκλέους.
 Eorundem nominum commutatio, nescio, an facta
 sit

[(*) Huc usque pertinent quae de Pythaea in hunc locum
 transtulimus ex Annot. ad Rutil. l. c.]

sit apud Suidam v. Ἀντίπατρος. νικήσας δὲ ἤγει τοὺς
 δέκα ῥήτορας, οὓς ἐξέδωσαν Ἀθηναῖοι, Δημοσθένην, Ἵπε-
 ρίδην, Λυκούργον, Πολύευκτον, Ἐφιάλτην, Θρασύβου-
 λον, Χάρητα, Χαρίδημον, Διότιμον, Πατροκλέα, Κάσ-
 σανδρον. Hi omnes noti sunt ex historia Attica, praeter
Patroclum et *Cassandrum*. Laudatur quidem a
 Grammaticis Hyperidis oratio *adversus Patroclum*.
Procles etiam occurrit apud Demosthen. adv. Pan-
 taenet. p. 994. C. Sed nullum ibi indicium est, de-
 magogum, aut oratorem fuisse. Plutarchus in De-
 mosth. p. 856. E. hos oratores postulatos scribit:
 Δημοσθένην, Πολύευκτον, Ἐφιάλτην, Λυκούργον, Μοιρο-
 κλέα, Δήμωνα, Καλλισθένην, Χαρίδημον. Arrianus de
 Exr. Alex. I. p. 22. hos: Δημοσθένην, Λυκούργον,
 Ἵπερῆδην, Πολύευκτον, Χάρητα, Χαρίδημον, Ἐφιάλ-
 τήν, Διότιμον, Μοιροκλέα. Num ex his apud Suidam
 Μοιροκλέα reponendam pro Πατροκλέα? Verum Sui-
 das alios auctores secutus est, nec ad Plutarchi et
 Arriani lectionem conformari debet. Praestat igitur
 Στρατοκλέα legere, quo corruptae lectionis vestigia
 nos ducunt. Sed quid faciendum nomini Κάσσανδρον?
 Nam *Cassander*, Antipatri filius fuit, non orator aut
 demagogus Atheniensis, ut nihil dicam de nominis,
 Macedonibus proprii, in cive Attico insolentia. Ne
 multa: foedissime truncatus est Suidae locus, et sic
 integritati restituendus: — Διότιμον, Στρατοκλέα. οὗ-
 τας Ἀριστόβουλος ὁ Κασσανδρεύς. Suidas testem lau-
 dat Aristobulum, clarum historiae Alexandri M. scri-
 ptorem, ex quo totum articulum descripserat. Haec
 conjectura, fateor enim, audacior videri possit. Sed
 omnem dubitationem eximit Plutarchus l. c. qui,
 ubi

ubi eandem rem narrasset, subjungit: ταῦτα μὲν οὖν Ἀριστόβουλος ὁ Κασσανδρεὺς ἱστῶρηκε. Recte Jonsius de Scriptor. Hist. Phil. III. 6. p. 233. et Kusterus observant, Suidam, cum decem oratores postulatos dixisset, undecim recensere. Atqui huic errori medetur emendatio nostra. Nam Cassandro oratorum numero exempto, tot sunt oratores, quot Suidas promissit. Redeamus ad Stratoclem. Demosthenes Stratocli, aliisque, qui ipsum propter pecuniam Harpalicam reum egissent, respondit oratione *περὶ δῶρων*, cujus nihil, nisi nomen, ad nos pervenit. In orationibus, quae supersunt, Stratoclem semel tantum perstringit, adv. Pantacenet. p. 994. C. καὶ Στρατοκλεῖ τῷ πιθανοτάτῳ πάντων ἀνθρώπων, καὶ πονηροτάτῳ. Venustum Stratoclis fragmentum laudat Agatharchides apud Photium Cod. CCL. p. 1337. Ἀροῦται καὶ σπείρται τὸ Θηβαίων ἄστυ, τῶν συναγωνισαμένων ὑμῖν τὸν πρὸς Φιλίππον πόλεμον. Quod cum totidem prope verbis in Dinarchi Orat. adv. Demosth. p. 175. D. reperitur, praestantissimus Wesselingius ad Diodor. Sic. XIII. p. 585. suspicatur, vel Dinarchum illud a Stratocle sumsisse, vel orationem, quae Dinarchi dicitur, Stratoclis esse. Altera conjectura probabilis, altera nihil habet simile veri. Neque enim oratio, in qua, ut modo vidimus, ipse Stratocles laudetur, referri ad auctorem Stratoclem potest. Cicero Bruto II. Stratoclem, ut Themistoclis mortem rhetorice et tragice ornare posset, finxisse scribit, illum, cum tauro immolavisset, excepisse sanguinem patera, et eo poto, mortuum concidisse. ubi Stratocles historicus, an orator intelligatur, dubitat amicissimus Ernestus

Ind. Histor. Cicer. Sed cum nullus historicus hoc nomine fuerit, oratorem intelligi, certum est. Procax et scurrile Stratoclis ingenium cognoscere licet ex eo, quod referunt Plutarchus Polit. praecept. p. 799. F. Demetr. p. 894. A. et Libanius Ep. 1569. Cum Athenienses ingentem cladem accepissent, ille claudis nuncium praevertens, populum jussit Diis ob rem bene gestam gratias agere, et se laetitiae dare. Mox cum alia omnia nunciarentur, et populus indignatione accensus in ipsum inveheretur, impudenter quaesivit: τί ἡδίκηται, τρεῖς ἡμέρας δι' αὐτὸν ἡδέως γεγονώς; De turpi ejus adversus Antigonum et Demetrium adulatione idem Plutarchus Demetr. p. 895. E. 900. A. E. ubi illum ex virtutibus suis ornat: ἦν δὲ καὶ τὰλλα παράτολμος ὁ Στρατοκλής, καὶ βεβιακῶς ἀσελγῶς, καὶ τῆ τοῦ παλαιοῦ Κλέανος ἀπομιμεῖσθαι δοκῶν βωμολοχία καὶ βδελυρία τὴν πρὸς τὸν δῆμον εὐχέρειαν. ἔσχε δὲ τὴν ἑταίραν Φυλάκιον. Aliam Stratoclis meretricem memorat Athenaeus loco corrupto XII. p. 596. F. ad quarum alterutram pertinet versus Philippidis apud Plutarch. Amator. p. 750. F. Ἀποστρεφόμενης τῆ κορυφῆν Φιλεῖς μόλις. Alii versus, quibus idem Comicus Stratoclem exagitarit, sunt apud Plutarch. Demetr. p. 894. C. 900. F. (*). — Hic addimus, *Stratoclis* nomen in Pseudo-Plutarcho et Suida, cui *Stratoclis* substituimus, retinendum videri. Nam *Patrocles*

[(*) Hactenus de Stratocle disputata ad Rutil. I. 9. p. 32—34. quum jam essent typis descripta, postea partim correxit V. Cl. in Hist. Crit. Or. unde desumpta sunt, quae sequuntur.]

cles, Phlyensis, demagogus, occurrit apud Demosthenem de Cor. p. 509. Nec dubium est, quin adversus illum orationem scripserit Hyperides. Vide Meursium Att. Lect. I. 18.

CEPHISODORUS, Isocratis discipulus, inter Oratores refertur a Dionysio Halic. Ep. ad Amm. p. 120. quem etiam vide in Isaco p. 111. Nullam ejus orationem commemoratam invenimus. Sed tanto frequentius laudatur *Apologia Isocratis adversus Aristotelem*, de qua vide Jonsium de Scriptor. H. Ph. I. 13. p. 96. Ad hunc Cephisodorum retulerim *Historiam belli sacri*, sive *Phocici*, cujus duodecimum librum laudat Anonymus interpres, quem Aspasium puto, ad Aristotelis Nicomach. III. p. 46. b. Nam plerique Isocratis discipuli se ad historiam scribendam contulerunt.

PHILISCUS, Milesius, Isocratis discipulus. Suid. in v. Hunc Dionysius eodem loco inter Oratores recenset. Itaque *δημυνοπλαί*, quas Suidas Philisto Syracusio tribuit, huic tribuendae videntur. Lycurgi vitam ab eo scriptam laudat Olympiodorus Commentario MS. in Platonis Gorgiam. Vide Taylorum praef. ad Demosth. et Lycurgi Oratt. p. 2. Ejusdem Epigramma in Lysiam conservavit Pseudo-Plutarchus p. 836. cujus tenebras dispellere conati sunt viri praestantissimi, Jer. Marklandus apud Taylor. in Vita Lys. p. 60. et J. Toupius Emendat. in Suidam T. II. p. 194. Inter Philisci discipulos fuit Timaeus, historiae scriptor. Vid. Suid. v. *Τίμαιος*.

THEODECTES, Phaselites, Platonis, Isocratis et Aristotelis discipulus, item a Dionysio l. c. inter
Ora-

Oratores refertur. Stephanus etiam Byz. v. Φαση-
λῆς ei tribuit λόγους ῥητορικοῦς ἐπιῶν. ubi in corrupto
ἐπιῶν orationum numerus latet. Ejus *Apologiam So-*
cratis laudat Aristoteles Rhet. II. p. 490. 495. ali-
am orationem, quae Νόμος inscripta est, ibid. p.
994. Quali usus sit dicendi genere, docet Diony-
sius in Isaeo p. III. Reliqua, quae de Theodecte
dici possent, non sunt hujus loci.

NAUCRATES, vel NAUSICRATES, (non *Naucrati-*
tes) Erythraeus, Isocratis discipulus. Cicero de Orat.
II. 23. III. 44. Orat. 51. Quintilian. III. 6. p.
129. et Suid. v. Θεοδέκτης, et v. Ἴσοκράτης. Ex-
citus exemplo magistri, qui Euagoram mortuum
laudat, orationes funebres scripsit. Dionys. Halic.
in Arte p. 39. Talem orationem Cimoniae memoriae
ab illo consecratam esse, videor mihi colligere e
Plutarchi Cimone p. 491. C. Sed frustra quidam in
Diogene Laërt. II. 55. legunt: καὶ Ναυκράτη Γρύλ-
λου ἐγκώμιον γεγραμέναι. Nam Σωκράτη tenendum es-
se, contextus satis ostendit. De Naucratis in dicen-
do facultate judicat Dionysius Halic. in Isaeo p. III.
Plura Taylorus Lect. Lysiac. c. III. Apud Suidam
reperio, Philistum Naucraticam, vel Syracusium,
scripsisse πρὸς τὸν Τρικάρανον λόγον (*) περὶ Ναυκρά-
τewς. quem locum cave de Naucratis, oratore, acci-
pias. Nam scribendum, περὶ Ναυκράτιος, de Nau-
crate, urbe Aegypti.

ISOCRATES, Apolloniates, Amyclae filius, Isocra-
tis

[(*) „Lege, πρὸς τὸν Χάρωνα λόγον. Vid. Suid. v.
Χάρων, ubi recte περὶ Ναυκράτewς.” ΤΟΥΡ.]

eis Atheniensis discipulus et successor, et quinque
 orationum auctor. Suid. in v. Huic Harpocratio
 v. Ἐπακτός ἄρκος tribuit Παράνεσιν πρὸς Δημόδικον,
 quae vulgo Isocratis Atheniensis putatur. In quo
 Harpocratio consentit cum Suida. Nam Apollo-
 niatae προτρεπτικὸς λόγος, quem ille vocat, non alius
 est, nisi Παράνεσις. Suidae testimonium effugit M.
 A. Muretum et H. Stephanum, qui de hujus libelli
 auctore multis disputarunt, non item elegantissimum
 virum, Jacobum Facciolum in praefat. Paraenesis
 a se editae. Eundem Apolloniatem Isocratem, Sui-
 das v. Θεοδέκτης et v. Ἴσοκράτης narrat, cum Theo-
 pompo, Theodecte, et Naucrante interfuisse certamini
 de laudibus Mausoli dicendis. At Pseudo-Plutarchus
 p. 838. B. majorem Isocratem Mausoli laudes cum
 illis decertasse scribit. Gellius etiam X. 18. esse
 dicit, qui Isocratem ipsum cum iis, quos diximus,
 certavisse memoriae mandaverint. Sed omnem con-
 troversiam dirimit Theopompus, qui apud Porphy-
 rium, cujus locum retulit Euseb. P. E. X. 3. p.
 464. gloriatur, magistrum Isocratem a se victum
 esse. Quis, qui Historicorum fidem recte aestimare
 didicit, non potius credat Theopompo, hujus ipsius
 certaminis actori, quam centum Suidis, incertam fa-
 mam secutis? Tamen Taylorus Lect. Lysiac. c. III.
 in alia omnia discedit, et Pseudo-Plutarcho, rem re-
 cte narranti, insultat. Tantam caliginem cupiditas
 doctis etiam hominibus offundere solet. In Apollo-
 niatem Isocratem acerbe et contumeliose invehitur
 Auctor Socratic. Epist. XXVIII. p. 65. τὸν δὲ Πον-
 τικὸν μαθητὴν ἀπέδειξε τῆς αὐτοῦ σοφίας διάδοχον. οὐδὲ

πολ-

πολλὸς τετραμένος σοφιστὰς βδελυρότερον οὐχ ἐόρακας.
 et mox p. 67. μὴ θαυμάζειν δὲ, εἰ καὶ πως ἀναγνοῦς
 ὁ Ποντικὸς μωλύτερον καὶ Φυλότερον ποιεῖ Φαίνεσθαι τὸν
 λόγον. Sic ille locus scribendus, in quo, quid μω-
 λύτερον esset, non intellexit Allatius. Lex. Rhetor.
 MS. Μωλύτερον. τὸ ἀμβλύτερον, καὶ ἀνοηδέστερον (*),
 καὶ ἄνοητος οὐκ ἔχων. ubi pro ἀνοηδέστερον lege ἀναυδέστε-
 ρον, et ad eandem normam corrige Photium Lex. MS.
 et Etymologum M. Illam vero inter Socraticas epi-
 stolam Cl. Valckenarius suspicatur a Speusippo scri-
 ptam, lectamque ab Isocrate, qui illum ipsum lo-
 cum attingit Orat. ad Philipp. p. 87. D.

ANAXIMENES, Aristoclis F. Lampsacenus, disci-
 pulus Zoili et Diogenis Cynici, notior ut historicus,
 et dicendi magister, quam ut orator. Vide Meur-
 sium ad Chalcid. p. 419. et Vossium de Hist. Gr.
 I. 10. Attingit tamen genus deliberativum et judicia-
 le. Dionys. Halic. in Isaeo p. 111. ejusque ingenio
 formata est oratio, quam Euthias *adversus Phrynem*
 habuit, ut ex Diodoro Periegete narrat Athenacus
 XIII. p. 591. E. ex Hermippo Harpocrat. v. *Εὐθίας*,
 ubi vide Maussacum. Diodorus id sine dubio tradi-
 derat in libris *περὶ μνημάτων*, quos laudat Plutar-
 chus Theseo p. 17. D. Themistocl. p. 128. D. Ci-
 mon. p. 488. C. Obiter monemus, *Διδδωρος* legen-
 dum esse in Pseudo-Plutarchi Hyperide p. 849. C.
 ubi nunc editur: *Ἡλιδδωρος ἐν τῷ τρίτῳ περὶ μνημάτων*.
 Vide Meursium ad Chalcid. p. 414.

CRA-

[(*) Corrigit Toupius *νωδέστερον*, laudatis A. Gronov.
 in Aelian. V. H. p. 348. Schol. ad Nicandr. Ther. 32. et
 Suid. v. *βραδύς*. item Phot. in v.]

CRATES, Trallianus, Isocratis discipulus. Diogen. Laërt. IV. 23. Huic tribuerim λόγους δημογραφικούς καὶ πρεσβευτικούς, quos Apollodorus apud Diogen. ibid. refert ad Cratetem, Atheniensem, philosophum Academicum. Frustra Menagius Cratetis mentionem sibi reperisse visus est in Lucian. Rhet. praec. p. 9. Nam ibi non Crates memoratur, sed Critias, statuarius, ut bene vidit Solanus.

THEOPOMPUS, Damasistrati F. Chius, Isocratis discipulus. De hoc Cicero de Orat. II. 13. *Postea vero, quasi ex clarissima rhetoris officina, duo praestantes ingenio, Theopompus et Ephorus, ab Isocrate magistro impulsī, se ad historiam contulerunt, causas omnino nunquam attigerunt.* ubi vereor, ne scioius aliquis inculcarit verba, *quasi ex clarissima rhetoris officina,* ex Brut. 8. et Orat. 13. *Causas* Cicero intelligit forenses, ut contextus docet. Nam Dionysius Hal. Ep. ad Pompej. p. 131. auctor est, Theopompum multas demonstrativi et suasorii generis orationes scripsisse. Immo Quintilianus X. 1. p. 500. tradit, eum, *antequam ad historiam sollicitatus esset, diu oratorem fuisse,* atque eo *in historia similiorem esse oratori.* Ad suasorii generis orationes pertinent αἱ πρὸς Ἀλέξανδρον συμβουλαί, laudatae Ciceroni ad Attic. XII. 40. et Athenaeo VI. p. 230. F. Ἐπιστολὴν πρὸς Ἀλέξανδρον eas vocat Athenaeus XIII. p. 595. A. quod aliquam epistolae formam haberent. Illa ipsa epistola referenda videtur inter ἐπιστολάς τὰς ἀρχαίνας γραφομένας, quas commemorat Dionysius l. c. ubi Fr. Sylburgius minus bene legit: ἐπιστολάς τὰς ἀρχαίνας vel Ἀρχαίνας ἐπιγραφομένας. verissime

Valckenarius: ἐπ. τὰς ἀρχαίους γραφομένας. At cave τὸν περὶ εὐσεβείας, quem laudat Scholiast. Aristophan. ad Av. 1354. vel orationem Theopompi putes, vel librum, ut Meursius ad Apollon. Dysc. Histor. Mirab. p. 99. et Vossius de Hist. Gr. I. 7. Scholiastae locus hic est: Κύρβεις — ἀπὸ τῶν Κορυβάντων. ἐκείνων γὰρ εὐρημα, ὡς φησι Θεόπομπος ἐν τῷ περὶ εὐσεβείας. Quem locum ad verbum descripsit Tzetzes Chil. XII. 406. Verum nemo dubitet, quin Scholiastes scripserit: ὡς φησιν Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ εὐσεβείας. Inter Theophrasteos hic liber recensetur a Diogene Laërt. V. 50. Emendationem vero plane confirmant Porphyrius et Photius, illa ipsa verba, quibus Κύρβεις a Corybantibus nomen invenisse dicuntur, ex Theophrasto afferentes. Alter de Abst. Anim. II. 21. Μαρτυρεῖται δὲ ταῦτα οὐ μόνον ὑπὸ τῶν κύρβεων, αἱ τῶν Κρήτηθεν εἰσι Κορυβαντικῶν ἱερῶν οἶον ἀντίγραφα τινὰ πρὸς ἀλήθειαν. Sic ille locus scribendus. Alter Lex. MS. Κύρβεις. — Θεόφραστος δὲ, ἀπὸ τῶν Κρητικῶν Κορυβάντων· τῶν γὰρ Κορυβαντικῶν ἱερῶν οἶον ἀντίγραφα αὐτοῦ εἶναι. Ex eodem Theophrasti libro ductum est, quod Porphyrius habet II. 16. ubi parem librariorum errorem deprehendimus. Nam pro Θεόπομπος ἰστόρηκεν legendum Θεόφραστος ἰστόρηκεν. De Theopompo hoc etiam narrat Suidas: γεγονώς — ὅτε καὶ Ἐφορος, Ἰσοκράτους ἀκουστής. ἅμα Ἐφόρος ἔγραψεν ἐπιτομὴν τῶν Ἡροδότου ἱστοριῶν ἐν Σιβλίῳ β'. Non injuria Vossio l. c. mirum videbatur, duos summos viros tantillae rei simul operam dedisse. Sed prava interpunctio, quae etiam in Kusteriana editione servata est, virum egregium fefellit.

Recte Meursius l. c. interpungendum vidit: γεγονός —
 ὅτε καὶ Ἐφορος, Ἰσοκράτους ἀκουστής ἅμα Ἐφοροῦ
 ἔγραψεν etc. Theopompi *Epitomen Herodoti*, prae-
 ter Photium Lex. MS. et Suidam v. Σπουδαῖζω, lau-
 dat Grammaticus Sangermanensis MS. Ἀναβῆναι τῶν
 ἱππων, ἀντὶ τοῦ ἐπιβῆναι. Θεόπομπος ἐν ἐπιτόμῳ τῶν
 Ἡροδότου. ubi Herodoti verba a Theopompo servata
 ostendit Piersonus ad Moerid. Attic. p. 4. Idem
 Grammaticus: Κακόβιος. Θεόπομπος ἐν τῇ ἐπιτομῇ Ἡρο-
 δότου. et: Φυγαδεῦσαι. τὸ Φυγάδα ἐλάται. Θεόπομπος
 ἐπιτόμῳ τῶν Ἡροδότου. Quae loca huc retulimus, ut
 doceremus, Vossium, qui hanc Epitomen juniori
 cuidam Theopompo tribuit, conjectura aberrare.
 Nam Grammaticus ille non nisi vetustissimos, et
 classicos, quos vocamus, scriptores laudat, ut eo-
 rum auctoritate vindicet voces et loquendi formulas,
 quas Atticistae temere damnassent.

GLAUCIPPUS, Hyperidis filius, patris exemplo
 eloquentiae studium secutus est, et orationes scri-
 psit. Pseudo-Plutarch. p. 848. D. et Photius p.
 1480. Ejus orationem *contra Phocionem* laudat Plu-
 tarchus Phoc. p. 743. C.

AGNON, vel AGNONIDES. Hic cum Theophrastum
 impietatis reum agere esset ausus, parum abfuit,
 quin ipse hoc crimine conflagraret. Diogen. Laërt.
 V. 37. Athenis pulsus a Macedonibus, post ab An-
 tipatro, Phocionis precibus, reditum impetravit. Plu-
 tarch. Phoc. p. 754. F. Mox adversae Phocioni fa-
 ctionis dux et caput, a quo beneficium acceperat,
 ut Piraei proditorem, condemnavit. Nepos Phoc.
 3. et Plutarch. l. c. p. 756. F. 757. A. 758. A.

Sed

Sed cum Athenienses sera Phocionis damnati poenitentia subiisset, ejus supplicio Phocionis manibus parentarunt. Plutarch. 1. c. p. 759. B. Scripsit Agnonides *Rhetorices accusationem*. Quinctilian. II. 17. p. 105. *Agnon quidem detraxit sibi inscriptione ipsa fidem, qua Rhetorices accusationem professus est.* ubi frustra laborat P. Burmannus, non animadvertens, *Agnonem* dici, qui alibi *Agnonides* dicatur. In Nepote 1. c. multi Codices *Agnone* habent pro *Agnonide*; quod non de nihilo esse, bene judicat Vir summus, T. Hemsterhusius ad Lucian. Timon. p. 157. qui plura exempla, in quibus nominum formae primitivæ et patronymicæ commutentur, dedit ad Aristophan. Plut. p. 325. Statim de Oratore dicemus, qui modo *Democles*, modo *Democlidēs* vocatur.

CALLICRATES. Dionysius Halic. in Dinarch. p. 118. fatetur, se nihil hujus oratoris vidisse, sed in Tabulis Pergamenis ei tribui Dinarchi orationem *contra Demosthenem*. Quod non intelligendum de oratione, quæ nunc superest, sed de alia, quæ periiit. Nos quoque nullam hujus Oratoris mentionem invenimus.

Hætenus eloquentiam vidimus summo fastigio stantem. Nunc, quomodo sensim inclinarit, sequitur, ut dicamus. Cicero de Orat. II. 23. *Posteaquam, extinctis his, omnis eorum memoria sensim obscurata est et evanuit, alia quaedam dicendi molliora ac remissiora genera viguerunt: inde Demochares, quem ajunt sororis filium fuisse Demosthenis; tum Phalereus ille Demetrius, omnium istorum, mea sententia, politissimus, alique eorum similes extiterunt.*

De DEMOCHARE (*), quamquam in ejus historia illustranda versati sunt primarii viri, P. Leopardus Emend. VII. 25. G. J. Vossius de Histor. Gr. I. 11. J. Jonsius de Script. Hist. Phil. I. 17. et H. Valesius ad Excerpt. Polyb. p. 10. et in Not. Maussac. ad Harpocrat. p. 295. quibus adde Corsinum Fast. Att. T. II. p. 96. tamen nos haud poenitet idem argumentum denuo tractare. Demochares, Leuconœnsis, orator et historicus insignis, patrem habuit Lachetem, matrem, Demosthenis sororem, avum Democharem, qui Demosthenis materteram in matrimonium duxerat. Vide Demosthen. adv. Aphob. I. p. 897. B. et II. p. 905. E. Suid. v. Δημοχάρης, et v. Γόλων. Summi, quos in patria gessit, honores referuntur in Decreto Atheniensium apud Pseudo-Plutarch. de Vit. X. Orat. p. 851. Labem, quam ejus vitae adperserat Timaeus, gravi defensione eluit Polybius Excerpt. p. 53. De ejus oratoria facultate ita judicat Cicero de Orat. II. 23. *alia quaedam dicendi molliora ac remissiora genera viguerunt. Inde Demochares quem ajunt sororis filium fuisse Demostheni.* Nobilis est ejus Apologia pro Sophocle, qui decreto suo philosophos Attica exegerat, quam laudant Aristocles apud Euseb. P. E. XV. 2. p. 791. et Athenaeus, non consultus a Fr. Vigero ad Eusebium, V. p. 187. D. 215. C. XI. p. 508. F. 509. A. XIII. p. 610. F. Secundo Athenaei loco sic editur: *περὶ ὧν Δημοχάρης ἢ Κράτης ἔλεγεν, ὡς περ ἐκ*

θύμ-

[(*) Quae hic de Demochare disputantur, supplevimus ex Annot. ad Ruil. Lupum p. 7 — 9.

Ἰσοκράτους κ. τ. λ. Sed tollendum ἢ Κράτους, quod est
 librarii dubitantis, Δημοκάρους, an Δημοκράτους scri-
 bendum esset. De Democharis *Historia* ita Cicero
 Brut. 83. *Demochares autem, qui fuit Demostheni*
sororis filius, et orationes scripsit aliquot; et earum
rerum historiam, quae erant Athenis ipsius aetate
gestae, non tam historico, quam oratorio genere per-
scripsit. Quod verissimum esse iudicium, nemo,
 qui, quae ex illa habent Polyb. 1. c. et Athenaeus
 VI. p. 252. F. legerit, dubitabit. Lucianus etiam
 in Macrob. p. 214. ejus historiam laudat. Nec
 aliunde, quam ex historia, hausta videntur, quae ex
 Demochare tradit Plutarch. Demosth. p. 860. B. (*).
 Praeter *Orationes* et *Historiam* Demochares etiam
 scripsit *Dialogos*. Harpocration: "Ἰσοκράτους — δοκεῖ
 δ' αὐτῷ (Ἰσοκράτους) συνυποκρινόμενος Δισκίνας ὁ βήτωρ
 ἐν Κολυττῷ καταπεσεῖν, καθά Φησι Δημοκάρους ἐν τοῖς
 Διαλόγοις. Quanquam hunc locum in corruptelae
 suspicionem adducit Pseudo-Plutarch. de Vit. X. Orat.
 p. 840. D. tragicam Aeschinis vocem confirmans,
 non ex *Democharis dialogo*, sed ἐκ τοῦ Δημοκάρους
 λόγου. Quemadmodum Demochares post mortem a
 Timaeo, sic vivus vehementer vexatus est ab Arche-
 dico Comico, qui illum negabat, propter vitae ob-
 scoenitatem atque oris spurcitiem, ἄξιον εἶναι τὸ ἱερὸν
 πῦρ Φυσᾶν. Sic e Timaeo narrat Polybius 1. c. Ve-
 rum idem Timaeus apud Suid. v. Ὡμὸν τὸ ἱερὸν πῦρ.

[*] Ubi pro vulgato Δημοκάρους legendum esse Δημο-
 κάρους, et alii viderunt, et Cl. Wyttenb. monuit ad h. l. in Sel.
 Princ. Hist. Gr. Annot. p. 428.

non Archedicum, sed Democlidem, hujus convicii auctorem vocat: *Τίμαιος ἐν λή. Ἱστοριῶν, ὡς οἱ περὶ Δημοκλειδὴν κατὰ Δημοχάρους εἶπεν, ὅτι μόνω αὐτῷ πάντων Ἀθηναίων οὐκ ἔξεστι τὸ ἱερὸν πῦρ Φυσῆσαι.* Quem Democlidem Comicum esse credunt Leopard. 1. c. Rusterus ad Suid. v. *Δημοχάρης.* Neque ab hac opinione alienus est Valesius ad Harpocrat. 1. c. sed, cum nullus Comicus eo nomine commemoratur, *Δημοκλειδὴν* mutat in *Τιμοκλειδὴν*, patronymico posito pro *Τιμοκλῆς.* Enimvero nec Comicus intelligendus, nec hominis nomen mutandum. Nam *Democlidēs* est orator Atticus, Democharis aequalis, cujus mentionem facit Dionys. Halic. in Dinarch. p. 117. Sed ut loca inter se pugnancia concilientur, statuendum, a Timaeo duplicem proditum esse hujus convicii auctorem, Archedicum Comicum, et Democlidem Oratorem; Polybium vero et Suidam satis habuisse, alterutrum e Timaeo commemorare. Ad Democharem nostrum etiam refertur, quod narrat Seneca de Ira III. 23. *Demochares ad Philippum, Parrhesiastes ob nimiam et procacem linguam appellatus, inter alios Atheniensium legatos venerat: audita benigne legatione, Philippus, Dicite, inquit, mihi, facere quid possum, quod sit Atheniensibus gratum? Excepit Demochares: Te, inquit, suspendere.* Nec dubitari potest, hunc ipsum Democharem intelligendum esse, qui ex linguae libertate, cujus etiam exempla sunt apud Aelian. V. H. III. 7. VIII. 12. non modo cognomen *Parrhesiastae*, sed etiam exilium invenit. Vide Plutarch. Demetr. p. 900. A. Verum, quod Demochares ad Philippum legatus pro-

fectus esse dicitur, temporis rationes satis refellunt. Nimirum Senecae, quod aliis locis bene multis, id hic quoque accidit, ut per memoriae lapsum Philippum diceret pro Antipatro. Res clara e Polybio l. c. καθ' οὗ ('Αντιπάτρου) πεπαρόρησται πολλά καὶ δυνάμενα λυπεῖν. Omnem denique dubitationem tollit Decretum Atheniensium supra laudatum, in quo cum omnes Democharis honores recenseantur, nulla legationis ad Philippum, contra diserta legationis ad Antipatrum fit mentio. In tota Democharis vita nihil magis eminet atque exstat, quam, quod ab avunculo Demosthene imbiberat, democratiae studium, tyrannidisque odium. Itaque a vero abhorrere videtur, quod Diogen. Laërt. VII. 14. tradit, Democharem gratiam, qua apud Antigonum Gonatam floretet, Zenoni philosopho venditasse. Superest, ut duplicem Fabricii in uno homine errorem castigemus. Nam Democharem, quem alibi recte inter oratores retulerat, Bibl. Gr. Vol. II. p. 57. inter philosophos Platonicos, et p. 402. inter philosophos Stoicos recenset, ductus levi vel nullo potius argumento, quod Demochares a Diog. Laërt. IV. 21. cum Arcesila, VII. 14. cum Zenone dicitur aliquem usum habuisse.

De DEMETRIO PHALEREO (*) luculentus etiam locus est Ciceronis Brut. 9. *Phalereus successit eis senibus adolescens, eruditissimus ille quidem horum omnium, sed non tam armis institutus, quam palæstra.*

[(*) Phalereusne an Phalerius scribendum sit, disputatur ad Rutili Lupum p. 128.]

stra. Itaque delectabat magis Athenienses, quam inflammabat. Processerat enim in solem, et pulverem, non ut e militari tabernaculo, sed ut e Theophrasti, doctissimi hominis, umbraculis. Hic primus inflexit orationem, et eam mollem, teneramque reddidit, et suavis, sicut fuit, videri maluit, quam gravis: sed suavitate ea, qua perfunderet animos, (ὄπου κατὰ παντλήσαι, Longin.) non qua perfringeret: et tantum ut memoriam concinnitatis suae, non, quemadmodum de Pericle scripsit Eupolis, cum delectatione aculeos etiam relinqueret in animis eorum, a quibus esset auditus. Hunc primum inclinasse eloquentiam, etiam Quinctilianus dicit, X. 1. p. 501. Ejus historiam enarrarunt Diogenes Laërt. V. 75. seqq. et Jac. Perizonius ad Aelian. V. H. III. 17.

Reliqui hujus aetatis Oratores hi sunt:

DEMOCLES, Theophrasti discipulus. Is Lycurgi liberos a Moeroclis et Menesaechi calumniis defendit. Pseudo-Plutarch. in Lycurgo p. 842. D. **Acerbo** maledicto insectatus est Democharem. Timaeus apud Suid. v. *Ὡς τὸ ἱερὸν πῦρ*. Vide quae modo diximus p. 376. Eum orationis cujusdam, quae Dinarcho tribuebatur, auctorem putat Dionysius Halic. in Dinarch. p. 117. *Democlidēs* patronymica forma vocatur ab eodem Dionysio, et Timaeo l. c. Nec dubitem, quin Archon Eponymus fuerit Olymp. CVI. 1. Corsinus vero Fast. Att. T. IV. p. 59. Democlidem Sphettium dicens, manifesto errore illum confundit cum Dromoclide, Sphettio, ejusdem temporis oratore, cujus mentio fit a Plutarcho Demetr. p. 894. D. 905. B. Polit. praec. p. 798. E.

CHA-

CHARISIUS (*). De eo Cicero Brut. 83. *Et quidem duo fuerunt per idem tempus dissimiles inter se; sed Attici tamen; quorum Charisius multarum orationum, quas scribebat aliis, cum cupere videretur imitari Lysiam. Demochares etc. et mox: At Charisii vult Hegesias esse similis.* Quintillian. X. 1. p. 499. *Nec nihil profecto viderunt, qui orationes, quae Charisii nomine eduntur, a Menandro scriptas putent.* Quae veterum opinio, sive vera, sive falsa, multum valet ad Charisii orationes commendandas. Charisium non aliunde, quam ex Rutilio, cognitum habebat Barthius Advers. XXXIV. 19. quem, allatis Ciceronis et Quintilianii locis, acerbe reprehendit Th. Reinesius Var. Lect. III. 14. Adde Daumium Ep. ad Reines. p. 60. Reines. ad Daum. p. 68. Daum. ad Reines. p. 76. Erunt fortasse, qui ejus nomen restituendum putent in Grammatico veteri Bibl. Coisl. p. 489. Ὀργεῶνες εἰσὶν οἱ κοινωνοῦντες ἀλλήλοις θεῶν ἢ ἡρώων ἐν ἱεροῖς, καὶ κοινῇ θυηπολοῦντες, ὡς Χάρις λέγει ἐν τῷ κατὰ Διονυσίου. καὶ πάλιν Ὀργεῶνες τινὲς, ἐν ἀπολογία ὕβρεως σαφὲς ποιεῖ. Sed Grammatici veteres non nisi decem Oratorum Atticorum auctoritate uti solent, certe nusquam Charisii. Cl. Albertus ad Hesychium v. Ὀργεῶνες emendat Χάρις, intelligens Charetem, quem Suidas v. Ἀντίπατρος, ut sibi cum aliis Oratoribus dederetur, ut Antipatro postulatum scribit. Sed Chares imperator fuit, non Orator: de eoque Suidam accipiendum esse, planum est ex Arriano de Exp. Alex. M. I. p.

[(*) Partim supplevimus ex Annot. ad Rutil. Lupum I. 10. p. 37.]

p. 22. Huc accedit, quod Justinus XI. 4. narrat, non oratores tantum postulatos esse, sed etiam duces. Equidem non temere suspicor, nomen *Χάρις* ex *Δείναρχος* truncatum esse, cujus orationes *κατὰ Διονυσίου*, et *ἀπολογία ὕβρεως* laudantur a Dionysio Halic. in Dinarcho p. 116. 118.

HEGESIAS, (*) Magnes, orator ex eorum numero, qui Asiani vocantur, primus Asiaticum dicendi genus invexit, Atticaeque eloquentiae integritatem corrupit. Vide Ciceron. Orat. 67. 69. Strabon. XIV. p. 959. Longin. II. T. §. 3. et ibi Langbaenium. Ut verbis et sententiis ineptus fuit, sic maxime orationis structura, quam, praeter Ciceronem l. c. vehementer exagitant Dionysius Halic. de Compos. p. 5. 18. et Theon Progymn. cap. 2. p. 25. In orationibus, quarum etiam fragmentum est apud Strabon. IX. p. 607. imitari voluit Charisium, Menandri aequalem: ex quo, quando vixerit, intelligi potest. Cicero Brut. 83. *Charisii vult Hegesias esse similis, isque se ita putat Atticum, ut veros illos praese paene agrestes putet.* Unus ex omni antiquitate Varro, teste Cicerone ad Art. XII. 6. fractum ejus dicendi genus probavit. Quanquam etiam Gorgias, cujus librum Rutilius vertit, de ejus eloquentia bene sensit videtur. Nisi forte existimamus, eum figurarum exempla, quae aliunde sumere poterat, ab oratore, quem contemneret, sumsisse. Sed cave cum Graevio inter Hegesiae laudatores referas Lucianum Rhe-

[(*) De Hegesia, et qui sequuntur, Cleochare et Isidoro, singula suo loco repetita sunt ex Annot. ad Rutil. Lup. l. 5. p. 25—27. l. 2. p. 5. ll. 16. p. 128.]

Rhetor. praec. p. 9. Nam ibi commemoratur Hege-
 sias, vel Hegias, sculptor Atheniensis, ut bene vi-
 dit Solanus. Praeter orationes Hegesias scripsit *Alex-
 andri M. historiam*: in qua acerbe reprehendenda
 multi sunt Dionys. Halic. de Compos. p. 18. et
 Agatharchides, vel potius Rhetor quidam, apud Pho-
 tium Cod. CCL. p. 1335. *Miraculorum fabularum-
 que plenos libros* vocat Gellius IX. 4. Ex historia
 etiam petiitum est dictum, quod habent Cicero de N.
 D. II. 27. et Plutarchus Alexandr. p. 665. F. hic
 vituperans, ille per memoriae lapsum Timaco tri-
 buens, et, ut concinnum, laudans. Ciceronis verba
 haec sunt: *Concinneque, ut multa, Timaeus: qui cum
 in historia dixisset, qua nocte natus Alexander esset,
 eadem Dianae Ephesiae templum deflagravisset; adjunxit,
 minime id esse mirandum, quod Diana, cum in par-
 tu Olympiadis adesse voluisset, abfuisset domo.* Plu-
 tarchus ita: καὶ ἦν ἡμέραν ὃ τῆς Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος
 ἐνεπρήσθη νεώς· ἧ Ἥγησίας ὁ Μάγνης ἐπιπεφώνηκεν ἐπι-
 φώνημα κατασβέσαι τὴν πυρκαϊάν ἐκείνην ὑπὸ ψυχραίας
 δυνάμενον· εἰκότως γὰρ ἔφη καταφλεχθῆναι τὸν νεὼν,
 τῆς Ἀρτέμιδος ἀσχολουμένης περὶ τὴν Ἀλεξάνδρου μαλα-
 σιν. Horum iudiciorum tam discrepantium utrum
 probandum censes, Ciceronisne, an Plutarchi? Da-
 visius ad Cicero. l. c. et viri eruditi, quos laudat,
 item Zach. Pearcius ad Longin. l. c. Plutarchi sen-
 tentiam amplectuntur. Ego vero non dubitem Cice-
 ronem sequi, inprimis intelligentem talium dictorum
 existimatorem. Nam dictum, si per se spectetur,
 lepidum et facetum est, placuissetque Plutarcho, si
 in familiari sermone audisset, vel in ludicro libello

legisset. Itaque hactenus reprehendendus erat Hegesias, quod bonum dictum inepte prodiderit in argumento gravi, quale est historiae, a quo abesse debent ejusmodi sales et lepores. Sic etiam judicat Solanus ad Plutarch. l. c. Hoc dictum Plutarcho propter turpem, quam habeat, assentationem displicuisse, credunt Victorius Var. Lect. XVI. 15. et Vossius de Hist. Gr. I. 12. in quo illos falli puto. Nam etsi ab adulatoris ingenio fluxerit, tamen propter frigus notari, certum est. Sed jure Plutarchus ipse a Pearceo ridetur, qui, Hegesiae frigus reprehendens, dictum subjecerit Gallica hieme frigidius. Hegesiae nomen eximendum est Pseudo-Plutarcho de Vit. X. Orat. p. 844. B. *ὡς δὲ Ἡγησίας ὁ Μάγνης Φησὶν, ἐδέσθη τοῦ παιδαγωγῶ, ἵνα Καλλιστράτου ἀκούσῃ.* Scripsit, vel certe scribere voluit: *ὡς δὲ Δημήτριος ὁ Μάγνης Φησὶν.* Nam Demetrium Magnetem in libris *περὶ ὁμωνύμων*, de quibus vide Vossium de Hist. Gr. l. 23. Jonsium de Script. Hist. Phil. II. 17. p. 207. et Menag. ad Diog. Laërt. I. 38. de Demosthene scripsisse, intelligitur ex Plutarcho in Demosth. p. 853. A. et alibi, Photio Cod. CCLXV. p. 1478. et ipso Pseudo-Plutarcho l. c. p. 846. F. Ceterum Hegesiam Magnetem cum Hegesia, philosopho Cyrenaico, temere confundunt P. Burmannus ad Quintilian. XII. 10. p. 1085. et J. Boherius ad Ciceron. Tusc. Disp. I. 34. quamvis Vossius l. c. ne confunderentur, multo ante monuisset.

CLEOCHARES, Myrleanus, ex eodem numero Oratorum Asiaticorum, aequalis fuit Democharis oratoris, de quo supra diximus, et Arcesilae philosophi.

Ejus

Ejus nomen quoties occurrit, toties fere labem contraxit. Strabo XII. p. 850. Ἄνδρες δ' ἀξιδλόγοι κατὰ παιδείαν γεγόνασιν ἐκ τῆ Βιθυνία, Ξενοκράτης τε ὁ Φιλόσοφος, — Κλεοφάνης τε ῥήτωρ ὁ Μυρλεανός. Myrleanus Cleophanes, qui Orator fuerit, nusquam commemoratur. Repone, Κλεοχάρης. Diogen. Laërt. IV. 41. Καὶ γὰρ (ὁ Ἀρκεσίλαος) — ἐπὶ πλέον ἐρασθῆναι λέγεται καὶ Κλεοχάρους τοῦ Μυρλεανοῦ. ἐφ' ᾧ καὶ πρὸς τοὺς κωμάσαντας εἶπεῖν, αὐτὸν μὲν θέλειν ἀνοῖξαι, ἐκείνους δὲ διακωλύειν. ubi vulgo legitur Κλεοχάρους. Sed Κλεοχάρους emendandum esse, me admonuit Valckenarius V. Cl. quo dudum amico, nunc etiam collega glorior. Mox idem Diogenes: τοῦτου δὲ (Κλεοχάρους) ἦσαν καὶ Δημοσχάρης ὁ Λάσχητος, καὶ Πυθοκλῆς ὁ τοῦ Βουγέλου. Praeter *Orationes*, quas Rutilius I. 2 et 10. laudat, Cleochares etiam scripsit quod ad *Artem rhetoricam* pertineret, ut intelligere licet ex impedito corruptoque loco Photii Biblioth. Cod. CLXXVI. p. 394. Κλεοχάρης δὲ ὁ Μυρλεανός, ὑπὲρ τῶν Ἰσοκρατικῶν ἀπάντων οἶμαι λέγων, τοῦτο γὰρ ἐστὶ τὸ ἐν πρὸς τὸν Δημοσθένην συγκρίσει μὴ τὰ πόρρω αὐτοῖς παρασχεῖν, Φησὶ τοὺς μὲν Δημοσθενικοὺς λόγους τοῖς τῶν στρατιωτῶν εἰκέναι μάλιστα σώμασι, τοὺς δὲ Ἰσοκρατικοὺς τοῖς τῶν ἀθλητῶν. E quo Cleocharis dicto, nescio, an colorem duxerit Quinctilian. X. 1. p. 492. *dum in iis, de quibus erit quaestio, meminerimus non athletarum toros, sed militum lacertos esse.* Idem tamen dictum Photius Bibl. Cod. CCLXV. p. 1474. et Pseudo-Plutarchus de Vit. X. Orat. p. 845. C. non Cleochari tribuunt, sed Philippo Macedoni. Vulgata Rutilii lectione deceptus Fabricius Bibl. Gr. IV.

P. 431. tanquam diversos oratores recenset Cleocharem et Clearchum.

ISIDORUS, Pergamenus, postremus aetate Oratorum Asianorum, quos Rutilius laudat. Hujus oratoris unus, quod sciam, Diogenes Laërt. VII. 34. mentionem facit: ἀλλὰ καὶ Ἰσιδώρω τῷ Περγαμηνῷ ῥήτορι, ὃς καὶ ἐκτρυθῆναι Φησιν ἐκ τῶν βιβλίων (Ζήνωνος) τὰ κακῶς λεγόμενα παρὰ τοῖς Σταϊκοῖς ὑπ' Ἀθηνῶν τοῦ Σταϊκοῦ κ. τ. λ. ex quo aetas ejus colligi potest. Rutilii locus II. 16. si Menagio in promptu fuisset, *Isidorum* in *Apollodorum* non commutasset.

DAPHNIS, MYRON, et SOSICRATES, quos Rutilius laudat, et ipsi Asiatici Oratores fuisse videntur. Sed cum nullam eorum mentionem apud alios invenimus, nihil certi pronunciare licet (*). Daphnidis quidem oratio laudatur I. 15. p. 52. Myronis, I. 20. p. 66. et II. 1. p. 73. Sosicratis, oratoris, mentionem nusquam nisi I. 8. p. 30. et II. 13. invenimus. Quae priore loco ejus afferuntur verba haec sunt: *Non enim alius quis est, cujus opera in has difficultates inciderimus: sed initio ad bellum suscipiendum nos primum impulit Philippus, deinde in ipso ipso belli labore ac periculo deseruit nos Philippus, novissime nunc calamitati nostrae, proinde atque culpae, succensuit idem Philippus.* Tempus, quo vixerit, hoc fragmentum indicat. Quodsi nobis de ejus patria constaret, intelligeremus, qui sint,

[(*) Quae sequuntur, partim nostris, partim ipsis Ruhakenii verbis ex Annot. ad Rutilii loca laudata supplementimus.]

sint, quos Philippus primum ad bellum suscipiendum impulerit, et mox destituerit. Certe Athenienses intelligere, nec res, nec historia sinunt.

Recensuimus Oratores vere hoc nomine dignos, nec ultra progredi constituimus. Nam quicumque post hos a Cicerone et aliis commemorantur Oratores Rhodii et Asiatici, non tam Oratores, quam Declamatores fuerunt. Itaque licebit illos ex hac Historia tollere, praesertim cum nec Gorgias noster ullam eorum rationem habuerit.

Sed tempus est, ut declarem id, cuius causa omnis haec disputatio instituta est. Quaerebatur autem, quid sit, quare Gorgias, decem Oratoribus Atticis, qui bene dicendi lex et norma habebantur, non contentus, aliorum etiam auctoritatem adhibendam existimavit? Antiquissimorum magistrorum in Rhetorica et Poëtica illustranda haec ratio fuit, ut per omnes Oratores et Poëtas vagati, quid in quoque rectum et pulcrum reperissent, laudarent, et ad imitandum proponerent, quid in quodque vitiosum, reprehenderent, et ad imitationem trahendum negarent. Quae res non potest melius, quam Aristotelis exemplo, declarari. Is in dicendi praeceptis tradendis se non uni Demostheni, aut reliquis novem Oratoribus, quasi in servitum addixit, sed ex Androcle, Aristophonte, Iphicrate, Cephisodoto, aliisque multis excellentissimum quodque libavit. Poëtices praeceptis illustrandis exempla quamvis multa suppeditare poterant Homerus, Pindarus, Aristophanes, Sophocles, in suo quisque genere principes. At ille Empedoclem, Melanippidem, Anaxandridem,

Dicaeogenem, aliosque plures assumendos putavit. Quod quin recte fecerit, non potest dubitari. Nam, ut Cicero dicit de Invent. II. 2. *in studiis a multis eligere homines commodissimum quodque, quam sese uni alicui certo volunt addicere.* Sed haec ratio mutata est tempore Ptolemaeorum. Exorti enim sunt duo summo ingenio et singulari doctrina Critici, Aristarchus et Aristophanes Byzantius, qui, cum animadvertissent, ingentem scriptorum turbam plus obesse bonis literis, quam prodesse, suum iudicium secuti, certum omnis generis scriptorum delectum haberent. Itaque ex magna *Oratorum* copia tanquam in canonem decem duntaxat retulerunt, Antiphontem, Andocidem, Lysiam, Isocratem, Isaeum, Aeschinem, Lycurgum, Demosthenem, Hyperidem, Dinarchum. Ex *Heroicis poetis* recepti sunt Homerus, Hesiodus, Pisander, Panyasis, Antimachus: e *Jambographis*, Archilochus, Simonides, Hipponax: ex *Elegiacis*, Callinus, Mimnermus, Philetas, Callimachus: e *Lyricis*, Alcman, Alcaeus, Sappho, Stesichorus, Pindarus, Bacchylides, Ibycus, Anacreon, Simonides: e *Tragicis*, Aeschylus, Sophocles, Euripides, Ion, Achaeus: ex *antiquae Comediae* scriptoribus, Epicharmus, Cratinus, Eupolis, Aristophanes, Pherecrates, Plato; ex *mediae*, Antiphanes et Alexis; ex *novae*, Menander, Philippides, Diphilus, Philemon, Apollodorus. In *Historicorum* censura probati sunt Herodotus, Thucydides, Xenophon, Theopompus, Ephorus, Philistus, Anaximenes, Callisthenes, Clitarchus: in *Philosophorum*, Plato, Xe-

Xenophon, Aeschines, Aristoteles, Theophrastus (*). Tragicorum duplex ordo fuit. Principes illi, quos modo enumeravimus, τῆς πρώτης τάξεως fuerunt: Philiscus Corcyraeus, cum sex aliis, quos recenset Scholiast. Hephaestion. p. 32. 93. τῆς δευτέρας τάξεως. Vid. Suid. v. Φιλίσκος Κερκ. Hunc Criticorum canonem, praeter Proclum Chrestomath. p. 340. seqq. et Grammaticum Bibl. Coisl. p. 597. secutus est Quintilianus libro decimo, ubi classicorum, quos dicimus, scriptorum censum agit. Primum vero delectum ab Aristarcho et Aristophane institutum esse, ejusdem Quintilianii testimonio confirmatur, X. 1. p. 496. *Apollonius in ordinem a Grammaticis datum non venit, quia Aristarchus atque Aristophanes, poetarum iudices, neminem sui temporis in numerum redegerunt.* Quo loco quaeri potest, quomodo Callimachus, Apollonii aequalis, in Elegiacorum ordinem venerit? Sed illum fortasse posteriores Critici in numerum redegerunt, sicut Tzetzes in vita Lycophronis, Apollonium in Pleiadem Poëtarum varii generis relatum

[(*) *Philosophos*, incertum quo casu omissos, sum in locum restituimus ex Vita Ruhnken. p. 145 sq. ubi idem exstat Scriptorum census, ex Ruhnkeniano Indice, ut videtur, repetitus, cum perdocta Cl. Wytttenbachii Annotatione p. 286: indeque *Philistum* etiam et *Clitarchum*, quorum antea non erat facta mentio, inter Historicos retulimus. Quam in alieno opere licentiam, si tamen licentia est appellanda, quae manum ei emendatricem adhibet, ne ipsum quidem Ruhnkenium, si viveret, moleste laturum fore, certo confidimus.]

tradit. Mox p. 497. *ex tribus receptis Aristarchii judicio scriptoribus jamborum ad ἕξω maxime pertinabit unus Archilochus.* Scriptores, quos Critici in talem canonem retulissent, proprie dicebantur *in ordinem venire, in ordinem redigi, in numerum redigi, recipi*: contra, quos repudiassent, *numero eximi.* Quintilian. I. 4. p. 18. *quo quidem judicio ita se vere usi sunt veteres Grammatici, ut — auctores alios in ordinem redegerint, alios omnino exemerint numero.* Quem locum Wöwerius Polymath. c. XVI. et alii, quos nominare non est necesse, sic acceperunt, quasi *in ordinem redigere* esset inter viles abjicere, *numero eximere*, ex inferiore loco in superiorem restituere. Quo quid potest dici perversius? Apud Graecos signatum hac in re verbum est ἐγκρίνεσθαι. Suidas v. Δείναρχος. *ῥήτωρ τῶν μετὰ Δημοσθένους ἐγκριέντων εἰς.* Photius Cod. LXI. p. 64. *Διοσχίην Φρύνιχος εἰς τοὺς ἀρίστους ἐγκρίνει.* Cod. CCLXII. p. 1460. *ὦν λόγων τοῖς γνησίοις τρεῖς καὶ τριάκοντα ἐγκρίνουσιν.* Lex. Sangerman. MS. v. Αἰμορρηχία. *Φρύνιχος μέντοι οὐκ ἐγκρίνει τὴν Φανήν.* Sic Cl. Toupius Emendat. T. III. p. 98. in Suida v. Πυθέας corrigebat: *οὐκ ἐνεκρίθη μετὰ τῶν λοιπῶν ῥητόρων.* Sed nihil mutandum. Nam simplex ἐκρίθη eandem vim habet. Ipse Suidas v. Λοκούργος. *τῶν μετὰ Δημοσθένους κριέντων ῥητόρων.* et v. Νικόστρατος. *ἐτάχθη δὲ ἐν τοῖς κριθεῖσιν ἐπὶ δευτέροις δέκα ῥήτοροι.* et v. Ἐπερίδης. *ῥήτωρ, τῶν πρώτων κεκριμένων δέκα εἰς.* et v. Ἀλέξανδρος Αἰτ. *ὡς καὶ τῶν ἐπτά Τραγικῶν ἕνα κριθῆναι.* Contrarium est ἐκρίνεσθαι. Diodor. Sicul. T. II. p. 552. *ὃν (Μύσανα) ἀντεισῆξαν εἰς τοὺς ἐπτά σφούς,*

φῶδες, ἐκκρίναντες τὸν Περίανδρον. Vide Scaligerum ad
 Euseb. Graec. p. 419. et Kuhnium ad Diog. Laërt.
 VIII. 47. Haec autem Criticorum censura scriptori-
 bus, quos diximus, tantum auctoritatis conciliavit,
 prope ut soli vigerent, et hominum studia tenerent.
 Certe Grammatici, qui sibi religioni ducerent, de
 Aristarchi iudicio dubitare, non nisi ab eo probatos,
 interpretandos duxerunt, et Rhetores tantum ex re-
 ceptis decem Oratoribus, velut unis veris et legiti-
 mis, artem suam illustrarunt. Plus boni, an in-
 commodi ex his Criticorum decretis profectum sit,
 in utramque partem disputari potest. Utile erat,
 multos libros vulgares hominum manibus excuti, et
 perfectissima quaeque exempla ad imitandam propo-
 ni. Verum, quid perfectissimum sit, iudicare, quam
 anceps est et difficile! Nonne suspicari licet, alios
 ex hoc scriptorum choro fastidiosius exclusos esse,
 alios nimis indulgenter receptos? Cur, ut hoc utar,
 Dinarcho, quem ipsi veteres *hordeaceum Demosthenem*
 vocant, inter decem Oratores Atticos locus datus
 est, praeteritis Callistrato et Leodamante, quorum
 eloquentiam iidem laudibus in coelum ferunt? Quan-
 quam video, Grammaticum Bibl. Coisl. l. c. novem
 tantum Oratores Atticos, omisso Dinarcho, recense-
 re. Sed sit unus et alter, quem admitti oportebat,
 repudiatus: teneat primas, cui secundae tribuen-
 dae erant. Leve hoc malum praeter altero, quod inde
 consecutum est, videri debet. Etenim scriptores
 illi, quos Critici numero exemissent, primum legi,
 et in manibus versari, mox describi desierunt, et
 tandem, ut fieri necesse erat, plane intereiderunt.

Quae diximus, exemplo, quo nullum reperiri potest clarius, illustremus. Narrat Photius Cod. CCLXII. p. 1461. Paulum Mysum multas pulcerrimasque Lysiae orationes, velut spurias, damnasse. Ad cuius Critici auctoritatem cum se multi, qui ipsi, quid verum esset, judicare non possent, temere contulissent, orationes illas obelo notatas desiisse describi, atque ita, magno eloquentiae detrimento, periisse. Veruntamen non defuerunt, qui suis sensibus potius, quam decretis Criticorum, credere mallent, atque adeo saepe inter classicos scriptores referrent, quos ab illis praeteritos, vel rejectos scirent. Tales patroni uni ex Oratoribus, Aristogitoni obtigisse videntur. Nam Quinctilianus XII. 10. p. 624. ubi principes illos Oratores nominat, hujus etiam mentionem interponit, et Hermogenes de Form. orat. I. p. 296. asperitatis exempla ab illo petenda dicit. Itaque ejus orationes diutius, quam aliorum, superfuerunt, quippe laudatae ab Harpocrate v. *Ἀυτόκλητα* *δης*, et v. *Θέρσανδρος*. Supra e Quinctiliano monuimus, Aristarchi iudicio tres receptos esse jamborum scriptores, in his Archilochum. Qui sint alii duo, dubitat Gesnerus V. Cl. ad Quinctil. an hodie sciri possit. Nobis satis certum videtur, Simonidem et Hipponactem fuisse, quos cum Archilocho conjungunt Lucianus Pseudolog. p. 163. Proclus Chrestomath. p. 342. et Grammaticus Bibl. Coisl. p. 597. Sed ecce! Plinius, neglecto Aristarchi iudicio, jambographorum principem ponit Herodem, IV. Ep. 3. *Ita certe sum affectus ipse, cum Graeca epigram-*

πᾶτα tua, cum jambos proxime legerem. Quantum tibi humanitatis, venustatis! quam dulcia illa! quam antiqua! quam arguta! quam recta! Callimachum me, vel Herodem, vel si quid his melius, tenere credebam (*). Tzetzes etiam Prolegom. in Lycophronem alios potius, quam Aristarchum, secutus, in jambis palmam defert Ananiae, Archilocho, Hippo-nacti. Eodem igitur modo Gorgias noluit alieni ju-
di-

(*) Interpretes multa ad hunc Plinii locum moliuntur, satisque ostendunt, se de Herode Jambographo ne fando quidem quicquam audivisse. Ex ejus Choliambis fragmenta supersunt apud Zenobium VI. 10, Stobaeum S. LXXI. p. 439. LXXVI. p. 453. XCVI. p. 530. CXVIII. p. 591. et Maximum T. II. p. 636. Nomen ejus abiit in notius *Herodoti* apud Etymolog. M. p. 411. 41. Ζήτριον διὰ τοῦ ἰσυνεσταλμένον. καὶ παρὰ Ἡροδότῳ "Αγ' αὐτὰν εἰς τὸ ζήτριον, ἔστι δὲ χολιαμβικὸν τὸ μέτρον. In mendoso Ἡροδότῳ haerebat Cl. Wesselingius Diss. Herodot. p. 29. Idem Etymologi locus induxisse videtur Scaligerum ad Varron. de L. L. VI. p. 149. ut Jamborum scriptorem *Herodotum* vocaret. Athenaeus III. p. 86. B. laudat Ἡρόδαν ἐν Συνεργαζομέναις. ubi Is. Casaubonus negat se alibi Herondam Comicum invenire. Verum non Comicus laudatur, sed, ut ex subjecto Choliambo apparet, Jamborum scriptor, Herodes, qui patronymica et Doribus propria forma Ἡρόδας dicitur; quod bene vidit Salmasius Exerc. Plinian. p. 111. Illam nominum formam illustrarunt Hemsterhusius ad Callimach. Fragm. p. 590. et Valckenarius ad Schol. in Euripid. Phoeniss. p. 764. Denique Herodem Jambographum cum Herode Attico gravissimo errore confundunt Interpretes Plinii, et Fabricius Bibl. Gr. Vol. VIII. p. 710.

